

4^o Hist.
712^a

W

4° Hist. 712 a


Glareanus

W

Einband: 1960.

416 129 502 100 14







Albany

4° Hist. f12 a

Garamus

O
IV
588

(4° Hist. f12a)

Biblioth. Acad. Hor. dono commendat. Hugo Gf.

S. DESCRIPTIO DE SITV HELVETIAE,
& uicinis gentibus, per Eruditissi-
mum uirum Henricū Glareanū
Heluetium, Poëtam
Laureatum.

IDEM DE QVATVOR HELVETI-
ORVM PAGIS.

Eiusdem pro iustissimo Heluetiorum
fœdere Panegyricon,
Cum commentarijs Osualdi Myco-
niij Lucernani.

Ad Maximilianum Augustum Hen-
rici Glareani Panegyricon.

Hoc dono commendat se Frobenij Glareano amatis:



Univ. Bibl.
München

OSVALDV S MY-

CONIVS LV CERNANVS CONSVLIBVS,
ET SENATVI TIGVRINO S. D.



IDI hactenus eos, qui ingenij monimen/
ta posteris commendare statuerunt, quæ Ratio dedi/
sisse operum suorū defensores, ne quis for/ candorum
te iudex iniquior ore inuido obgāniens cō operum.
taminaret ipsorū scripta, efficeretq; ne laus
foret integra, quam alioqui ex bene dictis
essent cōlequuti. Ego uero huiusmodi bla/ Authoris
terones nihil morans (quamuis plurimos ratio.

futuros prouideam) has qualescunq; ingeniolī primitias uo/
bis dedico, primum respiciens, quod uobis iampridem coha/
bito, sustentatus salario probatissimorū uirorum collegij diui
Felicis, & Regulæ, quos equidē ut pro singulari doctrina, ho/ Canonici
nestate, atq; in me benevolentia non possum laudibus tollere Tigurini.
condignis, ita minime attēto. Dein uero, ut intelligeretis, quo
animo essem adfectus erga Senatum Tigurinum, quodq; eū Senatus Ti/
gurinus.
dignum iudicauī, qui ob eximiā Prudentiam, Iustitiam, Se/
ueritatem, Clementiam, Abstinentiam, atq; Mansuetudinem
apud posteros agnosceret. Accedit, quod urbs uestra in Hel/
uetijs prima est, quamobrem cui condignius, quod ad totam
Helvetiam attinet, offerre, quām uobis. Sed, quid id tandem
est: inquit. Commentariolum in Glareani Poetæ doctissimi
carmen de Helvetia. Quod quidem à multis lectum, à pau/
cis uero intellectum cum haberetur compertum, adierunt me
ex Glareani discipulis quidam rogat̄tes, ut præceptoris opu/
sculum redderem lucidius. Sic enim sibi persuaserunt fore, ut
& à pluribus legeretur, & lubentius, utq; hoc modo Helue/
tiorum laudi nonnihil accessurū esset. Repugnaui principio,
fateor, uirium mearum diffidens, sed ubi cognoui in illis spem

A 2 de me

de me esse, ut id oneris possem sustinere (sunt enī tales, quibus iudiciū in hac re deest minime) prouincia suscepī, atq; ad finē perduxī: q̄z auspicato, aliorū sit iudicium. Illud uere dico, nihil rerū Heluetiarū esse adnotatū, quod nō sit uero uerius. Si nō ita elegāter, ut nostro sāculo respōdeat, nō admodū curamus, contēti indicasse, prāsertim prīmi, uti res habet. Verū quod dīcti adulescentes fecerunt impulsando, ut ad cōmentariolū me accingerē, id egerunt postea discipulorū meorū quidā, ut con-

Felix Myconius. gestū in lucem extruderē. Inter quos prīmus Felix Myconius filiolus meus, eius spei puer, ut de ipso expectem, quicquid de

Martinus Publicola. optima quaq; īdole expectari potest. Deinde Martinus Pu-

Nicolaus Tigurinus. blicola, Nicolaus Trochulus, uernaculū mei. Ludouicus Sprin-

Trochulus. lius Tigurinus, & Nicolaus Hagiū Salodorus, optimæ spei aduleſcētes. Atq; intantū me precādo sollicitarūt, ut tandem per

Ludouicus Sprinlins. suaferint, quemadmodū uidetis. Vestrū igit̄ nūc est, munusculū hoc meū accipe ea fronte, qua ego offero, neq; cogitare, q̄ sit impar magnitudini uestræ (quod & ipsi nouimus) sed ani-

Nicolaus Salodorus. mū meū, qui in hac re tātus, ut si tam eū uidere possetis, quām ego, cōspicaremini magnitudinē eius, magnitudini uestræ pa-

Munerū cedere. Sed nouistis pro singulari prudētia, munera nō am-

estimatio. plitudine, nō precio aestimari, led animo dātis. Sic mihi plua-

sum habeo, et si nihil aliud, tamē raritatē hoc munusculi gratū uobis efficere, haec tenus enim nullū uos tale accepisse, sat scio.

Præterea & illud gratiā conciliabit sine dubio maximā, quod

Munera chartacea. chartaceū est, solent namq; huiusmodi dona esse ppetua, & il-

Apud ueteres nil maius memoria ppetua. los ppetuos reddere, qui ihs ipsis sunt munerati. Qua re apud

ueteres nihil existimatū est maius, aut preciosius, utpote qui conſyderarunt, quām foret prorsus homini indignū, ita mori,

ut nulla ipsius memoria de rebus bene actis relinquereſ. Iam igit̄ facite, digni hoc sitis munere, quod quidē tum fiet, cum benigne ſuscipitis. Valete in uolum Reipu. Tigurinæ, & totius

Heluetiæ, mēq; uobis habete cōmendatū. Ex Tiguro undeci-

mo Calendas Februarij. Anno. M.D.XIX.

Iachimus



IOACHIMVS

VADIANVS MEDICVS, ORATOR, ET POE,
TA LAVREATVS HELVETIAM ALLO,
QVITVR.

Sed Andē terra potens, quæ libertatis alūna es Glareanus.
 Nosce, tibi attulerit quas Glarean⁹ opes. Helvetiorum
 Ante tuas inuicta alijs Germania uires gesta.
 Sensit, & ultrices est uenerata manus.

Scit Latium quotiens Latia tellure trophæa
 Fixeris, Ausonios cum sequerere duces.

Testis & ipsa uiris Hispania diues & auro,
 Auxilijsq; potens Gallia facta tuis.

Virtutis proprio tantum præcone carebas,
 Mansuris caneret qui bene gesta notis.

Oppida qui pagos circum, tractuſq; referret,
 Quos inter Martis creditur esse domus.

Quicq; tuum longe uentura in sœcula nomen
 Panderet, & rebus redderet arte decus.

Eluxit Glareanus amor patriæq; decūsq;.
 Qui primus numeris ædidit illa bonis.

Eluxit, fecitq; uiam uenientibus annis
 Qua partum referant celsa sub astra decus.

Penuria do
ctorum in
Helvetia.

Martis do
mns apud
Helvetios.

Glareanus.

A ; Nanque

6 IOACHIMVS VADIANVS AD HELVETIAM.

Pallas Helv^t Nanque fauet nostris aurata cuspide Pallas,
nemis fauet. Musarumq^z tuis montibus agmen ouat.

Arcitenens hilari meditans cum Marte triūphos.

Blandiloquæ reparat plectra sonora lyræ.

Iam tibi, quæ tardo passu rediere, peritis

En iterum affulgent aurea sæcla uiris.

Osvaldus Quorum, qui facili calamo Myconius ardet,
Myconius. Nostrarum magna est gloria Pegasidum.

Heluetios inter primo iunctissimus illi

Interpres cuius nobile pandit opus.

Abhortatio Perge igitur gratare uiris terra optima doctis,
Ingenio quorum lausq^z decusq^z uenit.

Sic tua Cecropios uincent monimenta labores,

Et Macedum uires, Argolicamq^z domum:

Romulidum cecidit fortuna euersa, Laconum

Nullus honos, & sunt Punica castra nihil.

Sola tibi defensa armisq^z animisq^z triumphat

Libertas, & habent fortia facta locum.

CARMEN SAPPHICVM IOANNIS XILO- TECTI LVCERNANI LVSVM IN O- SVALDI MYCONII COMMEN- TARIOLVM.

Totus mun-
dus Helue-
tios nouit
ob res ge-
stas.



Rduos totus loquitur triumphos
Mundus, & paruæ memoranda gentis
Gesta dispersit celebris rotundum
Fama per orbem.

Hostium

IOANNIS XILOTECTI CARMEN SAPPHICVM 7

Hostium turmas populus pusillus

Laudat Hel

Fudit ingentes, procul aut fugauit,

metios.

Castra nec paucus numerosa coetus

Horruuit unquam.

Forte si nescis generosa tellus

Quae uiros fortes alat, & potentes,

Perlegas isthac, rogo, Glareani.

Glareanus.

Carmina Vatis.

Ille nam uersu cecinit uenusto.

Nobilis mores regionis almos,

Fœdus & sacrum Heluetiae, suóq;

Limite fines.

Ductor, & nostræ ueneranda pubis

Gloria, Hosualdus scholijs arauit

Aureis, clarum trutinatq;claro

Hosualdus

Myconius.

Dogmate carmen.

Sidere Hosualdus facilis ortus (inquam)

Eiusdem pa-

Clara quem nobis genuit Lucerna,

tria.

Imbuat lingua triplici iuuentam, &

Moribus ornet.

Cinnamo terras Arabum beatas

Helvetie co-

Iudicat uulcus, uarióq; fructu,

mendatio.

Et Tagi ripas, preciosasq; Indi

Rura lapilli.

Fallitur uulcus, mage nam beata

Quæ uiros pr o fert, populo s̄q; fortes

Terra

IO. XILOTECTI CARMEN SAPHIC.

Terra, nec auro, grauibusq; gemmis

Aequiparandos.

Studia Hel/
vetica.

Hactenus plebi probitas, fidesq;
Arma &, ingentem tribuere famam,
Nulla sed musas coluit iuuentus

Heluetiorum.

Laus Hel/
vetica a do/
rina.

Iam sed intactum nihil est relicturn,
Splendidam Marti copulat Mineruam,
Græca cum Hebræis, Latijsq; belle

Dogmata confert.

Mindatur
Zeolis.

Ergo iam morsus abiget caninos,
Non sinet famam lacerare auitam
Hercle, uel mira talione surget

Vltor Iambus:

Teλος

D·HENRICO

VTINGER TIGVRINO, TIGVRINAE EC-
CLESIAE CANONICO, COMITI PALA-
TINO, VIRO PERQVAM COLENDO,
HENRICVS GLAREANVS HEL/
VETIVS, POE· LAV. S.



VM NVPER in itinere tuo, ex Ar-
gentoraco ad Tigurum, uir præstan-
tissime, Basileæ optima illa tua mihiqz
gratissima interpellandi consuetudi-
ne me uiseres, cōferremusqz q̄ pluri-
ma de instituenda iuentute Helueti-
ca, ut aliquid hostiū iudicū (qui nil
nisi ignorantia ignorantes obiiciunt)
falleremus, tandem in nostræ patriæ antiquitates longio-
re, q̄ nos ipsi putauimus, sermone (nescio quomodo) in-
cidimus. Coepi ego meipsum opportune colligere, qua-
que de Heluetia apud optimos quosqz, aut reperisem,
aut inuenissem autores, congerere, posterisqz tradere, &
ad maiora inuenienda ansam præbere. Neg⁹ ab hoc in-
stituto deterruit me, quod non dubitem & reprehenso-
res adesse, & maledicos carminū meorum iudices. Quis
enim nescit quot annis, & fortiter, & patienter Heluetia
eiusmodi hominū balatus tulerit: nonnunqz ora rugien-
tia contuderit? Aut cur mihi ueniam darent, qui toti pa-
triæ petulantissima lingua nō pepercerūt? Quibus neg⁹
satis fuerat nostræ inuidere gloria, sed & in maledicētiā

B ora com/

ora commouere, quod forsitan de suis aut nihil dignum lectu-
 inueniūt, aut si inueniunt, sua tempora à maiorum gloria lon-
 gissime delirare conspiciunt, indēq; occasionem honestam ac
 cepisse in nos clamare, tanq; Christiani nō simus, ceu neq; ra-
 tionem, neq; huius usum habeamus, quod libertatem nostrā,
 et quod iustitia & armis tueamur, quod nō, ut serui, tyrannis au-
 dientes simus, quod rempub. nostrā iuste augeamus. Quasi
 uero melius sit Porsenæ seruire, quam Mutij exemplo, incon-
 cussum animum in igne & minis gerere. Sed quis nihil viris
 istis, qui se ut maledicant, aut existimant, aut natos opinantur,
 rictus impudētissimos obstruet: dimittēdi sunt potius, quod
 famæ exordia diris imprecationibus auspicantur, gloriāq;
 quam inuidentibus fatis, assequi non possunt, fortissimis inui-
 dent Heroibus. Vnum me consolatur, quod cum in Heluetia
 plurima & præclara ingenia hodie sint, virisq; docti q̄pluri-
 mi, qui & carmine & soluta oratione plusq; ualeat (quales Du-
 rani duo, Vldricus Zinlius Doggius, Ioachimus Vadianus.
 Deinde & Henricus Lupulus Arctopolitanus, præceptorq;
 meus Michael Rubellus Erythropolitanus, cuius moribus ne
 Momus quidem inuidet, Sed quid tris Amorbacchios, Bru-
 nonem, Basiliū, & Bonifaciū, urbis Rauriacæ sydera memorē:
 aut quō reliquos q̄plurimos, breui hoc epistolio enumerē:
 nullū tamē fuissē, qui in alias nationes uel dicto uel scripto sto-
 machatus fuerit. qd' ego quoq; quanti faciā, demōstrabit luce-
 clarius, hoc in carmine modestia mea, cum nostra laudē (quis
 em de suis nō magnifice loquit?) aliena nusq; uituperauerim.
 Ad te redeo, accipe de urbe Tigurina, atq; tota Heluetia, quæ
 ex pluribus & dignissimis autoribus, non sine magno labore
 corrasimus, Quæ etsi mihi imperfecta etiā nūc uident, suo tpe
 cum alijs nostris operibus & emendationa & locupletiora da-
 bo, nam plurimorū rogatu in studio nostro Basilio, hæc, qua-
 liacunq; dijudicentur, diutius oculere nequiu. Vale felix, Ba-
 silæ Anno. M. D. XIII.

11

COMMENTARIOLVM OSVALDI MYCONII
LVCERNANI, IN GLAREANI CARMEN
DE HELVETIA.



VAM difficilem rem sit Poeta noster aggressus Difficultas
Helvetiam
describēdi. in describenda Heluetia, uel hinc manifestum, quod ducē, cuius uestigia nota uerit, habuit nem. Hactenus enim (ut uerum fatear) param apud nostros tributū est literis, quo circa qui illis dederint operam, fuerūt paucissimi. Eo modo res omneis, quas & regio ipsa laudabiles continet, & quæ a uiris Helueticis tum prudētia, tum fortitudine, non absq; ingenti gloria sunt gestæ, usq; adhuc iacuerunt. Sed quod nulla ferme pars est hodie totius orbis Christiani, quæ non fertilis sit ingeniorum, ædedit & nobis præter cæteros Heluetia Henricum Glareanū uirum, de quo dubites doctior ne sit, an melior. Is inquam pro ratione Geographica eius terra descriptionē suscepit, id quod Tutilus indicat, adjunctis quatuor Pagis, de quibus Cæsar meminit, atq; Panegyrico laudatissimi, pariter & iustissimi Heluetiorum foedēris. Cuius quidem descriptionis (ut breuiter dicamus) huiusmodi relatinet formulam. Inuocat, materiā exponit negotiū, Heluetiam a qua tuor mundi partibus depingit, atq; totius Europæ locum æditissimum esse demonstrat. Naturam aperit regionis, & fontes, cum adnexis pagis, adiacentibusq; populis: concludens demum, sic deum ab exordio mundi prudenter, ut omnia, dispositisse. Quid in Panegyrico continetur, suo loco dicemus. Lector hic obiter admonēdus, Heluetiæ uocabulum apud ueteres nusq; inueniri, sed Heluetios. Neoterici tamen Argumentū
totius libri. quo ratio eo utuntur non absurdā Analogia. Videntur enim nomina in iā fere ne dicatur, a populū pluralibus descendere, quemadmodum Italia ab Italīs, a Germanis Germania, & mille huiusmodi, quanq; nos minime prærit, non ubiq; id ita seruari. Verū satis nobis est, uel Erasmus hoc nomine usum, ubi dicit: Iam Heluetia nobilior armis, q̄ literis.

Bij Heluetiæ

HELVETIAE DESCRIPTIO, PER HENRI
CVM GLAREANVM HELVETIVM
POETAM LAVREATVM.



Ierides nymphæ, Bœotia numina, Musæ,
Fundite Pegaseū p inertiâ mæbra liquorē,
Euge chelym Vatis, dulcesq; agitate camœ
Heluetia ē cantâda mihi, g̃ens incly/ (nas,
ta bello:

Innocatio. ¶ Pierides Nymphæ.) Inuocatio . Pieria apud Strab.lib.x. locus
Musarum est in Macedonia, quem olim habuere Thraçes, & a Pom-
ponio li.ij. Musarum parens, domusq; uocat, hinc Pierides appella-
ta. Festus putat a Pierio monte dictas. Non igitur a Pieri filiabus a
Musis cantando uictis, ut fabulatur Oui.lib.v. Meta. ¶ Bœotia
numina.) a Bœotis cultæ. Appositorie dictum. ¶ Fundite.) ad,
ministrate. fundite autem dicit, quia sequit. ¶ Pegaseum liquo.)

Pegasus
equus,
Refert Oui. Pegasum equum alatum ex guttis ortum Medusei capitibus
a Perseo amputati, fontem ungulis aperuisse in Helicone monte, quæ
Hippocrene dicunt. Huius fontis aqua Poeta flagitat, hoc est, scienti-
am, nihil enim aliud aqua significare uidetur. Ut etiam in diuinis li-

Hippocrene
Aqua in fas-
cis literis
quid:
¶ Attenuatio
est. ¶ Euge.
) hortantis est. ¶ Chelym.
) Citharam.
¶ Dulces agitate cam.) dulce carmen mouete. Camoenæ Musæ
dicuntur a carminibus, quod antiquorū laudes canūt. Vel quod sint
castæ mentis præsides, ut Festus scribit. ¶ Heluetia.) Empha-
sim habet, q.d. Regio tam nobilis, tam potens, tamq; eximia.

¶ Heluetij qua-
les bellato-
res.
Helvetios
Roterod, gentem bello natam appellat. Illud adisciendum: Heluetios
huiusmodi bellatores semper extitisse, ut qui a iustitia ne latū (ut aiūt)
digitum abscesserint unq;. Ne semel quidein (quod sciā) in hostes pro-
fecti, nisi dum pacem aliter impetrare nequieverūt (de mercede a Prin-
cipibus conductis nihil loquimur) Confligentes cum hostibus tam-
acres se præstiterunt, ut cum quibus conferantur, non facile reperias.
Tam nō post uictoriā in uictos sauerunt, ut complures etiam ad
mortem fauicis uulneribus ligatis domū per suos dimiserint. In pri-
mis uero militiæ cauerunt sacramento, ne rebus deo sacrī manus ui-
n fidei Stmparsiano. Quid huius Tigriū negligēt olentia-

olentæ afferrentur, senibus item, mulierculis, imbelliq; uirginum, ui-
duarum, ac puerorū turbæ parceretur. Surda igitur aure, tuum est, cā In obloquy
didissime lector præter eas eos, qui nescio quā truculentia, quam im- tores.
pietatem, quam deniq; plus q; ferinam naturā Heluetijs adscribunt.
Non enim ueritatis ratio, sed inuidia tales (nominibus libenter parco
modestia Poeta nostri memor) stimulat, quæ, quo hominum genus
plerūq; impellat, te nimirum haud præterit.

Gēns Aquilam, gens terribileis imitata leones.

Causam ortus nostri, quis sit quoq; foederis autor.

Tantiq; imperij, cur pomum fronte pusilli

Gens aquilā.) Hæc animalia procul amoto paurore omnia aggre- diuntur. De aquila nanc̄ scribit Pli. li. x. Ipsam pugnare cum ceruis, & draconibus. Erasmus quoq; in Scarabeo suo huius ausi naturā ni- rifice depingit. Leoni quanta insit generositas, nemini reor incomper- tum. Pli. de leonum natura lege. li. viij. Et Solinum ca. xxxvi.

Aquila.

Leo.

Causam ortus nostri.) Id est quur foedus Heluetij incooperint. Huius rei causam fuisse palam liquet Tyrannidē nobiliū, quos Comi- tes primū Hapsburgēles, dein Principes Austriae, Suitiæ, Vriæ, ac Syl- uaniæ incolis præfecerant, postq; uolentes in potestate se illis dicide, Fœderis causa.

Helvetica.

liberum me
bilonim
scrutari
runt. Nam dum sibi, non patriæ gesserant imperium, tāq; superbe ac truculenter fecerant, nō quod ius erat, sed quod libuerat, penitusq; in- cubuerant ad hoc, ut sibi bene, suis autē esset male, non poterat tolera- ri diutius insolentia ita omnibus modis imperiosa. quapropter non nulli, qui non minima pars fuerant eiusmodi calamitatum, ceperunt cōsilium, quo & se, & suos in libertatē assererent. Huc igitur deuentū, ut Tyranni exterminarent, percutereturq; foedus totius cōmunitatis consensu, quod uelint libertatē adeptam, quoad ualeant dei subsidio defendere. **A**utor.) primus inceptor, liceat sic dicere. Is aut̄ fuit Gulielmus Tell. Vrius, de quo statim dicemus. **T**anti imperij.)

Historia de
Gulielmo
Tell.

respectu originis. **C**ur pomū. f.p.) Apostrophe ad Guliel. Nō se hoc loco Tyrannidem eius, qui Vrijs & Sufis olim dominabatur, ne, cessē uidetur. Eo nāq; uecordiæ proceserat, ut pileum apud Vrios pu- blico itinere sublatum tam uenerari mandarit, q; si ipse præsens confi- steret. Gulielmus ille mandatū, ut prorsus iniquum, aliquoties negle- xit, quare cōprehensus Tyranno sistitur. Interrogatus temeritatis cau- sam imprudentiæ adscribit, petitq; ueniam. Tyrannus responsi negli- gens iubet tacitus Gulielmi liberos adduci, & hunc cogit inter hos le-

Gryselius
Tyrannus.

etissimo ex uertice sagitta malum deturbare, hoc tamen prætextu, ut experientia sciret in illo sagittandi artificiū, quod toties miris laudibus uehi animaduerterit. Iam re feliciter peracta, telum posteriore a Gulielmo insertum pectorali, Tyranno suspicionem iniicit, uerū cauſam non prius extorsit, q̄ uitam pactus est. Tum inquit ille, reseruatū in Tyranni exitium, si filiolum confodisset. Indignabundus Tyrānus confestim præcipit ligatum coniuci in nauim, abducicq; Suitiā ad perpetua vincula. Et iam mediū lacus (Lucerilano huic nomen) tenebāt.

*Vita n. ex patho tollit
non poterit*

Tā

Tunc uero tam ingens repente oboritur tempestas, ut salutem desperarent omnes, ad clamarentq; undō ore ad dominum pro Gulielmo solvendo, ut ipsos seruaret. Iussu itaq; illius soluit, adprehendit clauum, nauis in uado putabatur. Non aut multo post, salutis spem concipit, saxo non admodū extante procul ad littus conspicato, quamobrē famulos Tyranni hortatur, remis insurgant, ita enim opus facto. Parēt, raditur saxum, Gulielmus filio, arcu & telis arreptis (hæc omnia nūi cum eo fuerant iniecta) in hoc ipsum repentino saltu infertur, & pedibus puppim quātis potest uiribus in altum proculat. Cursim festinat per Suitiā in vicum quendā cognomine Cauū a kussnacht pago porrectum ad lacum usq; Artensem, quem & Tuginum dicit. Ibi querit insidias. Interim Tyrannus portū offendit. Transeundum erat illac, ubi Gulielmus latitabat. Postq; igitur contra insidiarum locum peruenit, ille telo emisso ipsum traçcit, deinde reuertitur ad suos, rem totam, ut erat facta, commemorans. Post hæc nō longo tempore p̄tinum fœdus a paucissimis initum est.

Inuisum certa sigis Gulielme sagitta,

Quod studium, quæ sit populi nascentis origo,

Certa ma/
nus.

Tyrānides
in tres pa/
gos admis/
sae.

Landen/
bergius.
Tonna ins

Certa.) Pomum enim tetigit. Sic certam dicimus manum, quæ quicquid destinat, iaculo contingit, b) Quod studiū), s. uindicādæ libertatis. Illud quidem q̄ fuerit uehemens, apparebit facile superiorem consyderanti Tyrannidem, atq; ea, quæ breuibus iam adiungemus. Fuere enim Tyranni, qui uxores, atq; filias suorum uiolēter abstractas nō prius remiserūt domum, q̄ sua libidini satissactum est, neq; quisq; audebat contra impunē, ne mussare quidē. Inter istos, qui Syluanis preerat, Landēbergius genere, oculis senem priuauit, omnibusq; bonis, quod filius eius digitum frēgerat seruo, qui iussu domini conatus erat ex aratro iumenta abducere. At ille idē non multo postea securi in balneo percussus oppetiit, dum honestam Syluani cuiusdā uxorem

uxorem adulterio contaminare pararet. Hæc quidem q̄ maxima erat
delitate perpetrata, quam non mouerent ad libertatem querendam.
Sunt enim ex quibus alia poteris cognoscere, ceu leonē (ut dici solet)
ex unguibus.

¶ Non nostris puto carminibus célébranda, nēpotum.
Officium id, maneat nostros ea cura minores.
¶ Illius auspicia, & famæ immortalis honores;
¶ Quis ue typūs patriæ, quæ forma, quibūs q̄ remensa.
Limitibūs, gracili cordi est mihi ludere uersu.
Principiō antiquos solis contingit ad ortum
Vindelēgos, & pugnacis fera castra Brigānti,
Cæretiās q̄ Alpes, spaciōq̄ remota parumper.

¶ C (Celebranda.) cantanda. + C (Nepotum.) posteriorum.
Ver. Seris factura nepotibus umbram. ¶ C (Auspicia.) fortunam.
Ver. Me si fata meis paterentur ducere uitam Auspicijs. Exponit au-
tem quid scripturus sit. ¶ C (Typus.) figura, & ad quantitatis refert
descriptionem. τύπον formam, figuram, adumbrationem. Græci di-
cunt. ¶ C (Forma.) Respicit qualitatē, seu naturam terræ. + C (Limis-
tibus.) finibus, terminis. ¶ C (Principio.) Narrare incipit, primum in-
dicans quid Heluetia habeat ab oriente. Ponit omnia, quæ secundum
Geographos limitum obtinent rationem, ut gentes, oppida, lacus, flu-
mina, montes, & siqua sunt huiusmodi. Vbi hoc notandum, nomina
quædam ponit, quorum cognitio haberi non potest, nisi ex coniectu-
ra, in causa est uetus. + C (Contingit.) s. Heluetia. + C (Vindele-
gos.) populos, de quibus Strabo li. iiiij. sic scribit. Rhenus quoq; ma-
gnas in paludes, lacumq; magnum effunditur, quem Cæreti & Vin-
delegi proprius attingunt. + C (Briganti.) oppidi uetusissimi ad ca-
put lacus Constantiensis. Ptole. id adscribit Rhetis. Strab. uero li. iiiij.
inquit. Brigantes pertinere ad Vindelicos. Hodie Bregantium dicunt.
Lacus prædictus nomina quondam ab ipso oppido habuit. Nam Soli.
Brigantinū, Ammianus Brigantiae lacū dixerunt. + C (Cæretias q̄) Cæreti.
Alpes,) Cæretorū populorū iuxta Rheni principium.

T (manat))
verus virgili ex
Tertio Aeneidos pan
la immortalis, Nam
nostros cu omnia meoq;
Narratio. T (hunc))
omniā omnia
manū amora

Vindelegi. et formis
et ueris adhuc

Brigantū.

A Leo.

A Leōpontinis Etūatica rura colonis
 Trans Rhenū, mōlles ubi Rhētus pāmpinat uvas
 Bellipotens, etiam si Suanica non regat arua,
 Suanica, nostro aeo Hērcinijs habitata Sueuis.
 Hic primos fontes, hic dat dūo cornua Rhenus
 Monte Diaduella, lōngecē effusus in amneis

a. A Leopontinis;) Populis Rhetiæ, teste Strab. li. iiiij. Cæsar. li. iiiij.
 de bello Gallico Leopontios ad caput Rheni statuit. Ptole. li. iiij. Leo-
 pontiorum ciuitatem Oscelam ponit in Alpibus ad lacum Larium.

b. Etuatica rura colonis.) Reno aut uicina omnium primi colunt
 Etuatici, quibus fluminis origo uicina est, in Diaduella monte, hic Al-
 pium pars est, a quo Abdus fluvius in contrariū fluit ad interiorem
 Galliam, lacū implēs Larium, cui proximum cōditum est Comum.
 Dehinc in Padum cōfluit, hæc iterū Strab. li. iiiij. d. Rhetus.) Rhe-
 tos supra Comū ad Alpiū radices Strabo iacere dicit, & pertinere ad
 Italiam usq, quæ supra Veronā & Comum est, Tuscorum prole, Pli-
 nio teste, quidā eos arbitran̄, a Gallis pulsos duce Retho Ptole. Rhe-
 tiam Adula monte, Danubio, Aeno, & Alpium montibus concludit.

Vinum Rheticum inde dictum, quod inter preciosa uina numerat, *verg. aliq. 11
 manus 10. in / Fam*

Vīnū Rhei-
ticum.

Suanetæ.

Cant.
Rhenus.

Acronius
lacus.

Venetus
lacus.

Ioachimus
Vadianus.

c. Molles.) Alludit ad uini precium. f. Suanica.) Ptole. Suanetas
 populos inter Rhetos ponit. Sed Poeta alludit ad Schanau oppidū
 hodie nō Rhetorū, sed Sueorū. g. Hērcinijs habi. Suē.) Hoc dicit
 quod nōnulli Sueui intra eandē syluam, aliqui extra habitant. Autor
 Strab. in. vij. h. In Sueuis Diæresis est. i. Hic primos fontes.)
 Rhenus apud Rhetos oriē, & ab Alpibus decidens prope a capite effi-
 cit Venetum & Acroniū, mox diu solidus, & certo alueo lapsus haud
 procul a mari huc & illuc dispergit. Testis Mela. li. iiij. Eundem descri-
 bit Cæsar lib. iiij. de bello Gallico. j. Duo cornua.) Duobus fonti-
 bus oritur, propterea hoc dictum. Ver. aliter bicornem appellat.

k. Monte Diaduella.) Strab. testis, ut supra diximus. l. Lōgecē
 effusus in amneis Acro. & Vene.) Acroniū lacū hodie Constantien-
 sem dicūt, Venetiū aut Cellensem, dubitatū est aliquādiu Acromū ne
 an Acroniū dicendū foret. Sed hanc dubitationē facile depulit hodie
 Ioachimus ille Vadianus multæ doctrinæ uir, & mihi (quod in pri-
 mis iucundū)

habitabili

mis iucundū) amicissimus, in epistola ad Agricolam suū. Ibi namque id est Acroniū dicēdū esse apposite docet, ab a priuatua particula, & Cro^t Acronius nium Saturniū & frigidum, a K^rosov^g Saturnus, qui frigidus est. ~~l~~ lacus quare significans, lacum ideo sic appellatū, quod minus frigoris uehemen sit dictus. tia premat, & glacie. Venetus lacus a colore marino dictus, qui coe^r Venetus la ruleus est. Poeta Joachimo subscriptens carmē hoc loco correxit, & cns unde. Corro amnes lacus uocavit, non nisi quod sint tam lucidi, tamque splendidi, ut amnes uideri queant. Lacus autē amnis nomine posse dici. κατά ταπύωρη quis ignorat?

T K^rosov^g
garis ch

Acronium & uenetū, Rōmana & barbara regna

(In borean cursans) amni crepitante diremit.

In subres mediū ad solem, atque Segusia prata
Prospect, & quas p̄secuit fērus Hannibal. Alpes.

¶ Romana & barba. regna.) Romano etenim imperio Rhenus olim terminus erat, intelligitur Germania. ¶ In Borean cur.) Septentrioñem, cuius Boreas uentus est. ¶ Insubres educta. Quid Heluetiā cingat a meridie, demonstrat. Insubres populi sunt Galliæ citerioris, quorum ciuitates sunt, ut Ptole. habet li. iiij. Noua/ ria, Mediolanum, Comum, & Ticinum. Addunt quidam Laudā, & Vercellas. Insubrium meminit Strab. li. v. & Pl. lib. iiij. ¶ Ad medium so.) ad Meridiem. ¶ Segusia. Segusianos Strab. lib. iiiij. in Rhodani & Dubidis fluuiorum medio iacere dicit. Cæsar nō lō, geab Allobrogibus collocat li. i. ¶ Persecut.) Persecut. Res p̄secut nimirum ad illud, quod est apud Plutar. Hannibalem in superandis Alpibus multa incommoda perpessum, non solum cum incolis mō, tanis pugnando, sed etiam laborando aduersus angustias, asperitas tesque uiarum, hoc modo, ut quibusdam locis per ingētia saxa, igni, acetōque putrefacta sibi aperuerit iter. ¶ Ferus Hannibal.) Han, nibalem prorsus depictum uide apud Liui. lib. primo. Decad. iiij. Iuuenal is quoque de eo sic meminit.

Opposuit natura Alpemque niuemque,
Diduxit scopulos, & montem rupit aceto.
Iam tenet Italiam, tamen ultra pergere tendit,
Actum, inquit, nihil est, nisi Pæno milite portas
Frangimus, & media, uexillum pono Subura.

C Tum mon,

Barbara regna di-
xer more Romano
Boreas.
Meridies.
Insubres.
Segusiani.
Per. li. ii. in Alpibus
longe à Leoponij
Hannibal. Segs. p̄secut
op̄p̄d ad qd
Ptole. sup̄p̄as. Sed am
Subsianis agit cas. diu
en' uero Segs.

Tum montes Vrsella tuos, ubi spumifer exit

Cœruleo Rhodanus curru, qui turbidus arcet

Heluetias olim Romanis mouit ab oris.

Hinc arua Allôbrogum, & pendentia saxa Geneuæ.

Vrsella. a. ¶ Vrsella.) Vocandi casus, & Proscopopeia. Vrsella, seu Vrsula (utru[m]q[ue] enim latine) uicus est, & uallis ad radices Gothardi, centum fere stadijs, aut nonaginta distas a fontib[us] Rhodani. Quare addit.

Glareani di ligentia. b. ¶ Vbi spumifer.) Consyderandus hoc loco Poete amor in bona studia, consyderandus labor infatigabilis, legit non pauca de Rhodano apud ueteres scriptores (ut est in ijs euoluendis mire diligens) nihil tam hactenus inuenit, omnē de hoc flumine ueritatē referrēs.

¶ Quocirca fontes eius quæsiuit, cursu[m] securus est ad lacū usq[ue] Leumannum. Id autē, quicquid est, breuibus adnotabimus. ¶ Rhodanus. Sed uorū fluuius ex Alpibus originē habet, eo quidem loco, quo ex Vrsellana ualle per Furcam montē in Sedunorum regio[n]em iter est. Mons, sub cuius radice sunt fontes Rhodani, non saxis, non rupibus, nō deniq[ue] terra, sed perpetua glacie in altitudinem. xvi. pene stadiorum insurgit. Ut trinç[er]a feros habet montes, abietibus, sylvestribusq[ue] arboribus uirentes. Ipse suo candore iners iacet, horredit (me Hercule) aspectus. Nō gramē, non virgultum aliquod uirescēs, sed solā cōcretam, coaceruatamq[ue] glaciei congeriē, ac si pluuiā e cōclo illic coaluerit, ostentat. Porro statim post fontes nō ad Septentrionē (quemadmodum falso antiqui crediderūt) sed ad meridiē. xxx. stadijs labitur, deciditq[ue] deorsum stadijs. xvi. donec ad caput uallis Sedunorum, & ad occidens hyemale cōuersus, peruenit. Tum centum pene stadia eodem tractu currēs, ad Zephyrum sese declinat. Deinde per Sedunorū, & Veragrōrū terram labens, in Lemannū effundit tur. Hactenus de Rhodano. ¶ Heluetias olim ro.) Cæsar ab ini-

Commentatio libro primo dicit: Rhodanū diuidere prouinciam Romanorū ab Heluetijs. ¶ Allobrogum.) Hi populi sunt Narbonensis Galliæ, qui Viennā habēt ad Rhodanum, autore Ptole. Idē Strab. ait li. iiiij. Hodie Sabaudienses appellantur. ¶ Et pendentia saxa Geneuæ.)

De Geneua oppido Cæsaris uerba subscrībam, inquit enim: Extremum oppidum Allobrogū est, proximumq[ue] Heluetiorū finibus Geneua, ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. Pendentia saxa dicit, quod pars oppidi in montem extendit. Atq[ue] recu-

Atq; recursantes p̄ inhospita t̄esqua S̄eduni
Et V̄eragri, gens ūndiuomo bene nota Lemanno.
Dēniq; ad occiduas umbras, Zephyrūq; tumentē
Būrgundos acres habet, & discrimin utrinq;
Ceruices ō Iura tuas, qui Sequana rura

¶ Per inhospita t̄esqua.) loca inhabitabilia, aspera, & difficilia. Talia T̄esqua
nempe t̄esqua dicuntur Cicero. teste. Sunt & loca augurio designata.

¶ (Seduni.) Vallesiani dicuntur hodie, a Rhodani fontibus fere ad Seduni.

Geneuam protendunt, uallem habent amœnā, atq; septam undiq;

montibus. Rhodanus eam mediā diuidit, patet in lōgitudinē. ccccc.

Ixxx. fere stadia. ¶ (Veragri.) Populi Sedunis finitimi supra lacum Veragri.

Lemannū, qui, ut conjectura est, Sedunensis sunt dioecesis. Cæsar &

de Sedunis, & Veragris li. iij. meminit. ¶ (Vndiuomo Leman.)

Rhodanus a Lemāno & recipit, & iterū euomit, ideo dicit undiuo

mo. Volunt quidā Alemānos inde traxisse nōmē. ¶ (Quadiatus)

apud Agathitiū assorit Alemānos dictos, quod pleriq; Germaniarū

populi in unum coniūsset. De Lemanno Strab. li. iij. ad calcē. Et

Luca. Deseruere cauo tentoria fixa Lemāno. ¶ (Deniq; ad occid.)

Occidens. Quid Heluetiā circuīsribat occidentem uersus, exponit. ¶ (Zephyrumq; tumē.)

Idem cū eo, quod dicit, occiduas umbras. Zephyrus

nāq; uentus ab occidente flat. Latine Fauonius dicitur, testibus Gell.

& Serui. Frequens est aut̄ Poetis, regiones designare per uentos. Hūc

tumentem dicit, nimirum, quod eius natura sit, post hyemis səuissima

frigora relaxare uite, atq; pducere flores. ¶ (Burgūdos acres.)

Burgundos antiquitus uocabant Sequanos. Populi sunt Belgæ ad Sequani.

Saonā fluuiū, quos Iura mons ab Heluetijs separat. Ptolemy

tuor tribuit oppida. Dianium, Visontiū, Equestre, & Auenticum.

Quānq; postremū hoc Cornelius Tacit. præcipuā Heluetiorū urbē

fuisse scribit. ¶ (Ceruices.) Iuga. A Poetis & montes dicuntur ha-

bere capita, ceruices, uentre, & pedes μεταφορικῶς. ¶ (O Iura.)

Iura mons, ut modo diximus, Heluetios & Sequanos diuidit, testis Iura mōs.

est Cæsar libro. i. & Strab. lib. iij. Vulgus hodie appellat Leberberg.

Quāuis illud nō nesciā, aliter quoq; appellari, idq; pro gentiū diuer-

sitate, quas attingit. A lacu Lemāno ad eum montem Cæsar murum

perduxit una die, fossamq;. Proinde error est dicere, mōtē esse Alsatia.

C 2 Scindis

Scindis ab Heluetijs nūnq; sine gramine campis.
 Hēduus hinc late regnat, Romana securus
 Imperia, & consanguineos imitatus amicos.
 Lingōnicus post horrisonis furor æstuat armis
 Nēquicq; & Lēucos petit alta in foedera frātres.
 Postremo ārctoum, sāuiq; Aquilōnis ad axem,

N Nunq; sine gra. cā.) Cōmendatio a fertilitate. Intelligit eos, qui sunt ad Lemannū. **H**eduus hinc.) Hedui populi trans Ararim & Rhodanū Romanis se, apud Strab. lib. iiiij. cōfanguinitate coniunctos asserūt. Prīmīc iūs regionis homines in illorū amicitā, societatemq; cōuenērūt. Cāsar quoq; asserit li. i. Heduos sāpenumero ab senatu Ro. frātres, cōsanguineosq; appellatos. Quare Poeta etiā subi

Lingones. dit: Romana securus imperia &c. **L**ingonicus.) Lingones Ptole. supra Heluetios ponit. Strab. lib. iiij. inquit, Supra Heluetios & Sequanos, & Hedui & Lingones in occasum uergentes habitat. Supra Mediomaticos Leuci, & quādā Lingonū portio. Et Cāsar ait in Lingones Heluetios cessisse post pugnā cū ipso factam. Sunt Tulleſes in Lothoringia, id quōd antiquitates, & monumenta quādā certissime indicant. **G**lareanus meus uidet in iunere ad Parishes.

In Lothro ringiorum frustra. Quid enim Lothoringij potuissent contra Carolū Burgundiaz Ducē, sine Heluetiorū auxilio? quis hodie fatis ingratitius in erga nos suā, si extreme odisse, est esse gratum. dinem. **L**euci. populos ppe Heluetios, de quib; modo dicit. Ptole.

Septentrio. **P**ostremo.) Ultimo cōcludit Heluetiā, quae ad Septentriōne re Aquilo. spicit. **A**rctoum.) Arcticū. **A**quilonis.) Aquilo uentus Septentriōnis, dictus ab Aquile uehemēti uolatu, nā & ipse uehemēs, & sāuus, quēadmodū Poeta eum nominat. Et Ouidius attribuit sā. Boreas. uitā, & uires, iram q; animosq; minaces. Meta. 6. Grāce Boreas dicit apō tñq; Boñg. id est a boatu, quoniā sit uiolēti status, & sonori, ut Gell. inquit. **A**d axem.) Ad axem arctoum, & ad axem sāui Aquilo.

Axis. lonis, idem, ad Septentriōne. Axis proprie illud est plaustrī lignū circa quod rotæ uertuntur. Ad cuius similitudinem linea mediura sphæræ transiens axis appellatur. Et axes pro polis accipiuntur.

Qua scindit

Qua scindit placidus Basileia moenia Rhenus,
Vltima Rauriacam portendit brachia ad urbem.
Sacconium attingens, Fridolini nobile busto,
Arietis hinc urbem, tūm quorū sermo latinus
Nomina non patitur, uariorū rura locorum,
Donec ad Acrorias, Venetasq; recircuit undas.
Hercinios saltus, syluam sine fine uagantem,

¶ Qua scindit pla.) Notū est Rhenū placidissimo, pariter & amore
nissimo lapsu, insidiante tamen, Basileā interlabi. Vnde Picus quoq;
Hinc sumptis Basileā diuidit urbem fontibus. ¶ Rauraciā.) a Rau Rauraci.
racis extrectam. Rauraci apud Ptole. habuerūt Augustam urbem in
littore Rheni. Cuius hodie supra Basileā sunt plurima uestigia. Ii ur-
be deserta, cōmutatisq; sedibus, sed nō longo intervallo, Basileā con-
siderunt. Quæ quidē hodie, ut tēpore Cæsarīs cū Heluetijs est in for-
dere. ¶ Sacconiū.) oppidulū Rheni. xvi. milibus passuū supra Ba-
sileam iacens. Sunt qui huius incolas Sequanorū quondā fuisse di-
cant colonos, & Germanos a sacco putasse dictos. Nos quoq; credi-
mus saccū posterius esse, ut Basileorū basiliscū, & arietē Scaphusia/
norum (ut postea dicemus) Atq; subinde insignia posteriora, in qui-
bus saccum, basiliscū, & arietē publice ferunt. ¶ Fridolini no. bu.)
Fridolinus enim ibi sepultus iacet. Bustum locus, ubi mortuus est cō Bustam. Sed de hoc postea
bustus & sepultus, sic dictum, quasi bene ustum, nos sepulchrū dici-
mus esse. Inde bustuarij, quos sandapilarios uocamus. ¶ Arietis
hinc ur.) Scaphusia periphrasis. Hāc uulgas nominatā putat ab oue,
cum tamē antiqua Chronica dicant appellatā Schifhusen a frequen-
ti nauī statione. Quicquid enim merciū ex lacu Cōstantiēsi per Rhe-
num defert, eo loci exportandū est, nam ultra nauigio nō potest pergi
ad mille quingētos pene passus. ~~Greacā compositione~~ hodie vñēat Pro-
batopolim προβάτοι enim ouem significat, unde Probatica piscina
in Euāgeliō. Arietis pes est procelesmaticus pro dactylo. ¶ Tum
quorū ser. la.) Hoc dicit. Multa adhuc esse loca, quibus Helvetia ad
Septentrionē claudatur, sed nomina esse barbara, & proinde carmine
incōuenientia, q̄lia sunt Vualtzhuot, Chlingnouu, Steckborn, Diessen
hosen &c. Consulto igit̄ relinquunt. ¶ Hercinios saltus.) Herciniæ Herciniæ
C 3 syluam sylua.

Probato-
polis.

hunc genere, sicuten alii in fratribus

syluā ait Cæsar in sexto cōment.li. Tectosages occuparūt, cuius latiū tūdo nouē dierū iter expedito patet, non enim aliter finiri potest, neq; mensuras itinerū nouerūt. Oritur ab Heluetiorū, & Nemetiū, & Rauracorum finibus, rectacp; fluminis Danubij regione pertinet ad fines Dacorū & Anartiū. Hinc se flectit sinistrorsus, diuersis a flumine regionibus, multarūq; gentiū fines propter magnitudinē attingit. Neq; quisq; est huius Germaniæ, qui se aut audisse, aut adisse ad initiuū eius syluæ dicat, cum dierū iter.lx. pcesserit, aut quo ex loco oriatur accepit. Hæc ille. De hac sylua Strab. quoq; li. iiij. &. vij. scribit. Et Pom. Bacenis po.li. iij. de Germania. Porro sylua Bacenis (obiter enim hoc adnotādum erat) longe alia est, introrsus Chæruscas a Suæuis, Suæuosq; a Chæruscis submouens, cuius item meminit Cæsar in. 6. Et quæ hor die nigra sylua dicitur, pars est Herciniæ. Caput eiusdem est Erythro, polis ciuitas Heluetijs amicissima.

Nili ignotam referat longi agminis undam)
Prēdit, Erythropolitanos curuo aggere muros.
Nili igno. Parenthesim carmen hoc integrū supplet. Compatat aut Poeta Herciniā syluā Nilo fluvio maximio Aegypti, eo quod eius origo pariter, uti Herciniā, apud ueteres ignorata fuit. Vnde Horat. Te fontiū qui celat origines Nilusq;. Et Oui,
Nilus in extremum fugit perterritus orbem,
Occuluitq; caput, quod adhuc latet, ostia septem
Puluerulenta uacant, septem sine flumine ualles.

Nero Centuriones duos misit ad inuestigandum caput Nili. Illi vero retulerunt, se uenisse ad immensas paludes, quarū exitum nec incolæ nouerant. Deinde uidisse duas petras, ex quibus ingens uis fluminis exciderit, uerum an caput ibi fluminis sit, prorsus ignorare, propius enim adeundi potestas nō fuit. Autor Seneca lib. 6. natural. quæsi.

Rotuianos. Agminis.) cursus. **E**rythropolitanos.) scilicet Heluetia, hoc est, attin-
git. **E**rythropolitanos.) Rotuianos, ita enim uulgo dicimus.
Egyp̄os nanq; rubrū signat. Huius ciuitatis mētionē his de causis mai-
xime facit, quod a multis iā annis continuo Heluetijs adhæsit, atq; in
Michael bellis etiā difficultimis semper præsto fuit suis præsidij, animūq; fortissi-
Rubellus. mū nunq; nō indicauit. Deinde aut, qđ Præceptor ei⁹ primus Rubel-
lus, qui hodie bonas literas cū maxima laude Bernæ p̄fiteſ, uir ut do-
ctrina clarus, ita pbitate conspicuus, inde natus sit. Deniq; quod illuc
primū literis incubuerit. **C**uruo ag.) ob sitū ciuitatis hoc dicit.
Hic olim

Hic olim pugnax regno Ariouistus auito
Teutonicas rexit caulas, gentemq; superbam
Germanos, bello indomitos, suetosq; laborum
Semper, & in nudo nudos sudecere campo.

Hi patriæ fines, hi sunt quos continet arcus
Heluetia, & quas comprehendit vicinia gentes.
Præterea caput Europæ hanc esse probabunt,
Aeternis Alpes niuibus, ita olympica, quorum

Ariouistus.) Hic Germanorū rex fuit, testis est Cæsar li. i. de bel. **Ariouistus.**
lo Gall. **Auito.**) prisco. **Teutonicas rex. cau.)** casas Germanorum. **Superbam.**) nobilem, sic Ver. Hinc populum latere, gem, belloq; superbam. **Bello indomi.**) Libet uerba Senecæ de Germanis adscribere. Ille enim sic inquit de ira. lib. i. Germanis quid est animosius? quid ad incursum acrius? quid armorū cupidius? quibus innascitur, innutriunturq; quorū una illis cura est, in alia negligētibus. Quid induratus ad omnē patientiā? ut quibus magna ex parte non tegumenta corporum prouisa sunt, non suffragia aduersus perpetē cœli rigorem. Hos tamē Hispani, Gallicq; & Asiae Syriæq; molles bello uiri, anteq; legio uisatur, cedunt, ob nullam aliam rem opportunos, q; ob iracundiam, hactenus ille. Præterea de Germanorū moribus, Pompo, lib. iiij. Strab. li. viij. & Cornel. Taci. de Germania.

Hi patriæ.) Cōclusio situs Heluetici. **Arcus.**) Ambitus, circuitus. **Præterea.**) Indicaturus Heluetiā esse locum totius Europæ altissimū, duabus id rationibus facit. Prior, quod Alpes aditissimæ rupes sunt in Europa, autore Strab. Altera, quod quatuor aut quinque flumina Europæ maxima oriuntur uel in Heluetia, uel prope, & ad quatuor mudi plagas decurrunt. Nempe Rhenus ad Boream. Danubius ad ortū. Rhodanus ad Occidentē, quis apud Lugdunum ad Meridiē se reflectat. Adhuc sunt, quæ ex Alpibus defluentia Italiam irrigant, de quibus mox dicemus. **Caput.**) locum aditissimum. **Aeternis Alpes ni.**) Vna ratio. Alpes describunt ab Herodiano historico li. ii. tum uero li. viij. his uerbis. Hi sunt longissimi quidam montes, uice muroq; Italiam circūdati, adeo in altum aditi, ut etiā nubes superare

Seneca de Germanis.

Helvetia locus Europe aditissimus.

Alpes.

bes superare uideant, iucq; in longū porrecti, ut uniuersam Italā comprehendat, leua ad Tyrhenū pelagus, dextra ad Ioniū usq; pertingentes, densis ubiq; neriōibus inseſſi, atq; angustissimis callibus, & rupium prærupta altudine, scopulorūq; asperitate uix peruij, non nullis tamē quasi ferratis magno ueterum Italorū labore manufactis. Hæc non potui nō adscribere, cum ob elegantia uerborū, tum quod uix aliū reperi, qui Alpiū formā ita oculis proponat. Niues habent perpetuas, unde nomē a niuium candore sortitæ dicuntur. & λφος enim maculam significat albam. Sunt tamē qui uolunt inditū uocabulū a Galiorum lingua, qui montes altos uocent Alpes. ¶ **Luga Olympi.**) Id est tantæ altitudinis, ut est Olympus mons Thessalici, de quo Luca. Nubes excedit olympus.

T ad

Portigitur in cœlum caput, & sub tartara uenter.
Et quod auroram, Borean, solēmque cadentem
Flumina perpetuo non deficiētia cursu
Parturit, illa uolant, & in oia membra redundant.
Ad Zéphyrū & Libyēn Rhōdan⁹ Rhenana furētē
Vnda citat Borean, gelidas rotat Ister ad Eurum
Dirūs aquas, Gētico nouus hospes & aduena Pōto.

Volare. ¶ **P**ortigitur.) Syncope. ¶ **E**t sub tar. uen.) Hyperbole, hoc est superlatio, secundū Cicero. ¶ **E**t quod.) Ratio posterior. ¶ **V**olant.) Volare habentius pennas est. Transfertur ad ea, quæ cū celeritate fiunt, ut hic, uolant, pro celeriter decurrunt. ¶ **A**d Zephyrum.) Indicat, uti quodq; horum fluminū ad suam tendat plagā. **D**e Zephyre diximus. ¶ **L**ibyen.) ad Meridiem. Libya Aphrica regio Aegypto cōtermina. Plin. testis lib. 5. Quā quidā dictam uolūt ab Epaphi filia. Libya uocata, procreta quidem ex Cassiotha uxore. Alīj a uento, qui Libs appellat. ¶ **R**hodanus.) Diximus supra, ab ortu lōgissimo tractu hunc ad occidentē labi, tandem uero post Lugdunū totū uerti ad Meridiē. ¶ **I**ster.) Danubius fluuius Germaniæ maximus, ~~originisq;~~ p̄gressum hoc modo Picas descripsit in sanguinibus. Hinc & Danubius non magnas deuehit undas Montibus Arbonis uix fusus, plurima nondum Flumina fuisse, nondum binominis, ingens duobus flumibus Bryges et preceps.

Danubius.

Ex mille monte fluit
Sed supra Arbonis finis patet
enī nōrāt ~~Agit~~ Agit

Alluit

Alluit Elysios, tandem rapto tumefactus aquarum
Euxinum ingreditur bis terno gurgite Pontum,
Extremumque caput limosa perdit in Vlta.

A(Ad Eurum,) Orientem. **D**(Dirus,) rapidus. **G**(Getico.)
Euxino, Danubius enim per Getas in Pontū delabitur, sed tum Istri
nomē accipit, testis est Strab.in.vij. De ostijs Autores nō admodum **Ostia Dd**
consentiantur. Nam Cornel. Tac. sex meatibus in mare Ponticū erum, **nubij.**
Pere dicit, septimum os hauriri paludibus. De Germania. Mela toti/
dem, quot Nilus, ostijs, sed tribus tenuibus, reliquis nauigabilibus.
li.ii. Strabo septē, & ex autoritate Ephori quinq̄.li.vij. Ptole. 6. &c.

Ast alios sileo, quos Italia accipit amnes

Alpibus à nostris, quæq; alto à uertice montes
Agmina disparibus fundunt latissima sulcis.
Ceu fluat Elysij Gāngeticus humor ab oris,
Tigris & Eufrates, & nō bene cognita fonte

Ast alios sī. ut Abduam, Ticinū, Athesim, & nōnullos alios.

Agmina. flumina. **S**ulcis, alueis. **C**eu fluat Elys.)
Comparatio. Ut enim e Paradiso fluunt quatuor flumina (ut prodiē **Flu. qui ex**
iij. Genet.) Ganges qui & Physon, Tigris, Eufrates, & Nilus, qui etiā **Paradiso**
Geon nominat. Ita ex Heluetiorū Alpibus in quatuor mundi plagas **fluunt.**
excurrunt quatuor flumina maxima Europæ. **G**angeticus hu.) **Ganges.**

Ipse Ganges Indorum fluius. Quē incertis quidā fontibus nasci, &
Nili modo exundare perhibent. Ita Soli.ca.Ix. Strab.lib.xv. scribit ex
Artemidoro, Gangē ex Hæmodis montibus ad Austrum deferri, &
cum ad Gangem urbē peruererit, conuerti ad Auroram usq; Palim/
bothrā, atq; in mare ingredi. Mela lib. iij. eandem originē tradit. In eo
tantæ longitudinis anguillas dicit esse Soli, ut ad tricennum pedū pro/
ceritatē accedat. **T**igris.) Tigris oritur in regione Armenia Ma/
ioris, testante Pli. li.vi. fonte conspicuo in planicie. Nomen obtinet a
uelocitate currendi, nam Medi sic uocant sagittā. Strab. de Tigride &
Eufrate li. xi. &. xvi. **E**ufrates.) Eufrates similiter Armenia flu/
uius, Armenia regiones a Cappadocia excludens, ut idem Pli. tradit.
Mela originē eius, atq; cursum plane depingit li. iij. Ptole. monē, un/
deis fluit, appellat Periarden. Amniatus quoq; eius mentionē facit.
lib. xxij. **E**t nō bene cog. son.) Supra diximus Nili originē an/
D tiquis fuisse

Quur Nili
origo veteri
b9 incognita

tiquis fuisse incognitam. Verū id nō mirum, cum & diuinæ scripturæ ueritas immanifesta ipsis extiterit, quæ Nilum ex paradiso (uti dictū est) erūpere docet, cum alijs tribus fluminibus. Quorū quidem originem illi tradiderunt, prout inuenierunt ea primū terra prorupisse. Nobis itaq; in his, sicut in alijs puto sacris documentis accedendum, quæ mentiri haud nouerunt.

¶ Vnda Papyriferi semoto ex æthere Nili.

¶ Si uero Heluetiæ quæ sit natura requiris,

¶ Cōditio est duplex, terræ natura biformis.

¶ Nanq; ubi ad Italiam uergit, solēmç calentem,

¶ Montana est, sed enim ridenti fertilis aruo,

Papyrus. ¶ (Papyriferi.) qui fert papyrum fruticē in palustribus Aegypti nascēt, aut quiefcētibus Nili aquis, ex qua sūt chartæ. Pli. teste li. xiij. **Heluetiæ natura.** ¶ (Si uero Hel.) Naturā describit Heluetiæ, duplē eam esse demōstrans. Qua enim parte ad Italiam uergit, Alpes habet. In alias partēs fere plana est, producitq; abunde quicquid humana uita exigit, productura tamen omnia felicius, si pro soli fœcunditate coleretur.

Alpi apud Helvetios utilitas. ¶ (Conditio.) qualitas. ¶ (Vergit.) tendit, porrigitur. ¶ (Solemç calentē.) Ad Meridiem. ¶ (Montana est, sed enī ri. fer. aruo.) Breuiter adnotabimus, qualis sit Alpium natura apud nos (figuram nēpe superius ex Herodiano retulimus) quo intelligaf, quid cōmodi liceat sperare ex reliquis partibus Heluetiæ, cum tantus sit fructus ex mōtibus. Horum nāq; (ut hoc primo dicamus) hi perpetuis niuibus albicant. Illi procul aspicientibus nihil promittunt, nisi saxa durissima, postq; inscēderis, prata pinguisima offendis. Alij uero & aspectu sunt amoeni, & re ipsa. In ijs inquā per æstatem menses treis ad summum pascuntur cū greges, tum uaccæ. e quibus tanta emolimenta, ut breui oratione nemo possit consequi. Nam serum inde, caseus, butyrum, aliaq; lacticinia tanta fiunt copia, ut non tam Heluetia ijs rebus expleuratur, q; finitimæ quæq; nationes. Transuehuntur nāq; in Sueviam, ultra Iurā montē, in Italiam, multaq; alia loca. Atq; tam ingens reddit pecunia, ut uix credi possit. Illud mihi compertū, ex uiginti bus fructū annū esse centū Coronatos, præter sumptum omnē, quē in familiam, seruos, & ancillas distribueris. Omitto foeturam copiosissimam, lac & liquidum, & concretum, quæq; ex lacte adhuc alia conficiuntur

conficiuntur cibaria in quotidianū usum. Hinc est, quod tantus populus, in tam angusto circulo enutrit, quod adeo pauci ex Heluetiis ad mendicitatē adiguntur, quod tanta exterorum turba sedes apud nos querit. Libet pene exclamare hodie cum Ver. O fortunatos nimium, sua si bona norint, Heluetios. Sunt enim quos pecuniae nimia cupiditas tam agit transuersos, ut huiusmodi bona non intelligent, ut tales opes prorsus uilipendant, quæ tamen ut sunt & stabilissimæ, & honestissimæ, ita maxime Christianæ, uti Chrysosto. docet. Sed hæc pluribus forte.

¶ Fontibus irrigua, & florentibus optima pratis,
Lucis & syluis, pecori gratissima tellus,
¶ Phæcum terras Cōrcyrea gramine uincit,
¶ Et longe positos alio sub sole Britannos.
Sed contra Borean, calumq; ortumq; astrorum
Plana iacet campis, fœcundoq; utilis agro.
¶ Frumenti uiniq; ferax, & diuite rure,
Collibus apricis, quos pampinus ornat & uua.

¶ (Fontibus irrigua.) Vnde patet Heluetiæ fœcunditas. Nam dicit Strab. li. xij. de patria sua. semper aquæ copiam meliore esse, q; siccitatē.

¶ (Coryrea grami.) Quæ in Corcyra Insula Epiri crescunt, quam Phæaces inhabitarūt. Respicit ad hortos Alcinoi notissimos, de quibus Home. li. vij. Odyss. ¶ (Alio sub sole.) id est climate. ¶ (Britannos.) Hiberniā intelligit. De qua Pompon. li. iiij. scribit, tam esse luxuriosam herbis nō lassis modo, sed etiam dulcibus, ut se exigua parte diei pecora impleant, & nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta disfiliant. Idem pene Solin. ca. xxxi. Pomp. eam Insulam Iuuernam dicit,

Strab. Iernā ἐγνωμ. li. iiiij. ¶ (Iacet.) Heluetia. ¶ (Frumeti uini. fe.) Ager Bernensis, Friburgensis, Salodorius, Herogeia item, & Durgea frumento mire exuberant. Colles autem Scaphusiani Bielenses, & Ther-

mopolitani uino. Apud Tigurum & Basileam utrumq; non medio criter crescit. Sunt alia insuper loca per Heluetiam, quibus neutrum deest, sed minor copia. ¶ (Diuite rure.) Diuite neutro genere dividit, quemadmodum Tibull. Diuitis hoc uitiū est ruris.

¶ (Apricis.) soli expositis. Hor. Multa mole docendus aprico par, Apricus.

Coreyra.

Hibernia.

Heluetia

fertilis fru-

meli, & uin-

ni.

Vitæ duratū

Coryrea

Britannos

Auctiōris

cere prato. Homo apicus, & avis aprica, sole gaudentes. ¶ (Pam-
pinus.) uitis. Synecdoche.

¶ Quid liquidos referam fontes, riuosq; loquaces.
Muscososq; amnes de tuiua rupe cadentes,
Cæruleos latices. O murmura grata colonis,
O requies, o lenimen prædulce laborum.
Num uestras laudes, summa & præconia adæquat
Fando aliquis. docto non est. ea lingua Maroni,
Nec tibi Homere caput, licet oia uterq; poeta

A vol.
Fontes Hel- ¶ Quid liquidos refe,) fontium aquæ & leuis, & optimæ apud nos-
uetiae. ¶ flu nusq; deest copia. Fluminibus abundamus, his nauigabilibus, ut po-
mina. te Limago, Rusa, Arare, & Sana. Alijs nauibus minus accōmodis, ut
Dura, Emmana, Rhodano, innumerisq; talibus. ¶ (Liquidos.)
claros. Ver. Et liquidis immisi fontibus aprum. ¶ (Loquaces.) re-
sonantes. Sic Hor. de fonte Blandissæ. Vnde loquaces Lymphæ deli-
hiunt tua. ¶ (Muscosos.) oblitos musco. Ver. Muscosi fontes, &
somno mollior herba. ¶ (Viuæ.) naturali. Ver. Viuocq; sedilia saxo-
Nympharum domus. ¶ (Cæruleos.) Cæruleus color species uiri-
dis, Gell. teste li.ij, ca. xxvi. Est aut cæruleus perpetuum aquæ epithē-
ton. ¶ (Latices.) Latex (ut Serui. inquit) aqua proprie est, ab eo,
quod intra terræ uenas lateat. Insuper autem & uinum laticē dicimus,
quod lateat intra uuam. Oui. Latices Palladios, pro oleo dixit.

¶ (Murmura.) Admiratio. ¶ (Lenimen.) refocillatio. Vnde
Hor. de laude uitæ rusticæ.
rusticæ. Libet iacere modo sub antiqua ilice,
modo in tenaci gramine,
Labuntur altis interim ripis aquæ,
Queruntur in sylvis aues.

Fontesq; lymphatis obstreput manantibus,

Somnos quod inuitet leues.

Nonne. ¶ Num uestras lau.) q. d. minime. Negationē em̄ num in se habet,
sicuti affirmationē nōne. ¶ (Docto non est.) scilicet ut uos pro me-
ritis celebraret. ¶ (Nec tibi Ho.ca.) Apostrophe. ¶ (Licet oia.)
Quid Ver. quid Homer. scriptitarint, & quantā inde sint laudē mey-
niti, uel

riti, uel sole clariss. De Homero nempe dicitur. Vatem esse doctrinam, Homerus
rum omniū atq; ingeniorū autorem, & principem. De Vergilio. Tam Vergilius.
tum ipsum, ut laus eius nullius cōmendatione crescat; nullius uitū
peratione minuatur.

- ¶ Attigerit, grēmio quæ uastus continet orbis.
- ¶ Quatuor Heluetiæ coepi cōnnexere pagos.
- At res obscura est, facit hoc longinqua uetus.
- Annorumq; acies, æuiq; uolubile tempus.
- Sed sequar autores, & quæ ratio ipsa docebit.
- Vtq; illi scripsere, hodie quoq; ita esse probemus.
- Et Græci πηγῶ, pagum fortasse Latini
- Totius fluvij sulcos dixere propinquos,
- Et uillas iuxta positas, uicōsq; casasq;.
- Non etenim credo pro uico dicere pagum,
- Scripta monent aliud, festisq; adducitur hostis

¶ (Gremio.) Ambitu. ¶ (Quatuor Heluetiæ.) Heluetiā fuisse Heluetia distractam in quatuor pagos, Cæsar his uerbis scribit Com.i. Is pars uisa in qua gus appellabatur Tigurinus. Nam omnis ciuitas Heluetia in quatuor pagos. Helvetia
or pagos diuisa est. Dubitatū est aliquādiu, etiā à doctis uiris, quid pagum Cæsar diceret. Si respicis rationē nominis, ablata est dubitatio. Nam πηγὴ, δέωρινῶ ἡ πηγά fons est. Vnde pagi sunt dicti, pagus qd.
quod uillæ circa fontes consueuerant condi, ut Serui, inquit. Et pagina, Pagani.

ni, quasi ex uno fonte potates. Eadem itaq; ratione Pagum Cæsar fuit minis tractum esse uoluit cū accolis, Hoc enim pacto Heluetia distracta est quatuor his fluminibus, quæ Poeta hic enarrat. Ea sunt prorsus in Heluetiorū ditione, & his quoq; limitibus inclusi, quos Cæsar constituit. ¶ (Connexere.) Ad carmen nectere. ¶ (Acies.) multitudine. ¶ (Sed se au.) nō caput mēū. ¶ (Et quæ ra.) Cōiectura, Cōiectura.
quæ rationib; utcūq; fulcif, haud rei scienda, cū multa sint apud veteres scriptores, quæ fecerit nemo, quantūcunq; doctus, possit adsequi.

¶ (Sulcos.) tractus. ¶ (Dicere.) quemq; subaudiēdum. i (Te)stisq; adducitur. Iulium testem dictorū adhibet. Quæ ob id hostem C. Iulius.
dicit, quod aduersura Helvetios ueteres bellum gesserit. Perris multa fides historie ex his est.

Iulius orbis apex, & tanti gloria belli,
 Ille inquam Heluetiae bislenas innuit urbeis.
 Et quadringentos uicos, haec omnia rursus
 Quattuor in pagos, quae flumina quattuor, angit.
 Hos igitur nostro placuit coniungere plectro.
 Primus adest Duras, pleraque in parte uadous,
 Durus agris, pinosque, & summo littore fagos
 Euertens, caulaspem trahens, & ouilia secum,
 (Terribilis lapsu) campos grastatur in omnes.

Primus Duras

C. Iuli Cæsar is laus. **a** Orbis apex.) Affirmat Sabellicus, plures in uno Cæsare uirtutes extitisse, quæ in cæteris omnibus, quorum uitas Træquillus scripsit. In eo consilium, eloquètia, uigor, constantia militaris disciplina, omniisque altissimaru artiu studiu, & quod ad gratiâ conciliandâ plurimū ualeat, mira quædam liberalitas. Apicem igitur orbis merito dixit Poeta.

b Et tati gloria belli.) Intellectio est. **c** Ille inquā.) Scribit in. Commenta. Cæsar. Vbi se iam Heluetij ad expeditionē parauerint, oppida sua omnia numero ad duodecim, uicos ad quadringentos, reliquaque priuata ædificia incendisse. **d** Angit.) distribuit. **e** Plectro.) carmini. Plectrum propriæ instrumentu est, quo fides pulsatur.

Marti. Feruida ne trito tibi pollice pustula surgat, Exornent docilem garrula plectra lyram. **f** Primus adestr Du.) Aperit primū Pagū. cum agri adjacentis bonitate. Hunc Duras facit, cuius quidem fluuij apud ueteres nulla prorsus est mentio. Attamen nomen ipsum arguit aliquid antiquitatis, & terræ nomē Durgeuu. Oritur in finibus Diocti celsis Curiensis valle, quā sancti Ioannis uocant, fluit per Doggios, & populū quē denominat Durgeū, in Rhenū exit circiter bis mille passus supra Eglisouu oppidū ditionis Tigurinæ. Ab hoc fluuio multa nomina deriuant, ut Durtal, Vuintherthur, seu Vuinterdur, & quædam alia. **g** Vadous.) habet multa uada. Vadum est aquæ fundus, in quo quisquis constiterit, is iam effugit periculum ne mergat.

h Adagium. Hinc sumptum adagium. Res in uado est, pro eo quod est in tuto. **i** Durus.) Allusio ad nomē. **j** Caulaspem, ouiu casulas. Ver. Cum fremit ad caulas uentos pressus & hymbres. **k** Grassat.) Debacchatur, exit,

chatur, exit. Grassari dicunt latrones vias obsidentes, unde grassatores. Apud Salust. gradus significat. Animus ubi ad gloriam uirtutis via grassatur.

Hic ager Heluetius, quem ne Germanus haberet
Miles, & in Gallos rabiem exerceret autam,
Cæsar in Heluetiam proprios remeare colonos
Iussit, adhuc fluuij nomen terra illa reseruat.
Doggius huic propior, Cellæ, Galliçz beati
Imperia, & propè ad Acrionis celeberrima fluctus,

Heluenij Galli

(Hic.) In Durgea. Cæsar in. i. Comment. scribit. Heluetios a Cæsare reuerti in suos fines iussos, ea maxime ratione, quod noluerit eū locum, unde Heluetij discesserant, uacare, ne ppter bonitatē agrorū Germani, qui trās Rhenū incolunt, e suis finibus in Heluetiorū fines transirent. De hoc agrū dicit Poeta, esse in Durgea. Tametsi illud nō semel ex eo audiuimus, quād ita scripta, sibi tamen uideri Cæsare loquitum de agro Auenticēsi, & Moretensi. Id quod etiā Falco Consul Friburgensis hoc tempore, uir & doctus, & eloquēs, me admonuit.

Bonitas
agri Hel-
uetici ex
Cæsare.
Petrus Fal-
co.

In Gallos.) Heluetios, qui uere Galli sunt, ueteribus id auctoribus indicantibus. Verū de hac re forte alias. (Rabiē aut.) furorē ex antiquo odio cōtractum. Adhuc flu. no. Durgea nempe uocatur, a Dura, & vīa terra. Hoc enim pacto Celte multa nomina cōponere solent, ut Herogea, Durgea, Algea, Brisacogea, Hegogea.

Doggij.

Doggio, uocabulo Anglico, quo canis significa. Ferunt eū Doggij canē in insignibus. Nō nescimus quid de hoc nomine referat historia Sueuica. Dein a quibusdā Tuconia regiunculā ipsam nominatā. Sed q̄ apte uideant ipsi. Habent hi, a quo perpetuati conferabunt. Vlricū Zinlin hominē in utraq lingua doctiss. hac tēpestate apud Tigurinos Euangelistā, & tale quidē uere, quicqd Politianus ille politissimus in epistola quadā scribit de Mariano Cenacanensi, huic possis adscribere. Parcor sum in hoc hominē cōmendando, cū quod mihi amiciss. est, cum quod in geniū meum maximis eius uirtutibus plane obliuitur. (Cellæ) s. Abbatis. Sunt quibus magis arridet, ut dicatur Alpium cella, quam Abbatis cella. Sed sōmū est la.

Vlricus
Zinlinus euā
gelista Ti-
gurini.

Littoreq;

Satus Limagus

- Littoreq; in nostro Rheni Constantia fulmen.
- Deinde paludosus splendenti Limagus unda,
- Hospes Aduleæ Glareanæq; incola terræ
- Auctus abit, semperq; cauis aptissimus alnis,
- Voluitur in gyros, & lenta uolumina torquet.
- Huic est ad leuam, quo uix est sanctior usquam

Pagus secū / ¶ Littoreq; in no.) id est Heluetico. ¶ Deinde.) Exponit secundus.

Limagus. non facile apud antiquos scriptores reperies. Hodie tamē nomen satis integrū est. Compositum nāq; dicitur ad imitationē Celticā lingua, quā frequēter nomina in magus cōnectit, ut Rhomagus, Næomagus, & cætera. Illud sane adnotandū apud Glareanos oriri, & uocari

→ Linthum. Deinde lacum Vesenii effundere amnē, cui nomē Magus. Atq; postq; confluxerunt hi duo fluuij Limagū uocitari, intrare autē posteaq; ab origine circiter decē millia passuum Glareanam rigauerit in lacum Tigurinū, huncq; pertransire ad mediū usq; urbis, posthac aut cursu ad. xcvi. stadiorum confecto in Ararim primū, breuissimo post spacio in Rhenum influere. ¶ Hospes.) Appositio. ¶ Aduleæ.) Adulas mons à Ptole. li. ii. poniſt incumbēs & Heluetijs, & Rhetis. Hodie Etçel dici putat aliqui. In quo nominis adhuc uideat ali/ quod uestigium esse. Nam Latina lingua haud dubie principio Adul dicere docuit, dein Germanica fecit ex Adul Etçul, postea abusus Etçel. Sic memini me olim audisse ex Glareano. Sunt quib; placet Adulam esse, qui nunc Arlenberg dicitur. ¶ Semperq; ca.ap.al.) id est semper nauigabilis est. ¶ Voluitur in gy.)flexuosus est. ¶ Huic est ad le.) Diuæ uirginis Eremitanæ locum significat. Qui q; sit sacer, arguit perfacile, quod Christo consecratus fertur episcopo. Posteaq; enim ubi diu Menradi casula fuit, sacellū est extructum, Sanctus Cōradus Præsul tunc temporis Constantiensis, uir omni genere uirtutis florens, accitus confestim ad ipsum cōsecrandum aduenit. Media aut nocte, dum preces deo pro consuetudine funderet, audiuit cum alijs deuotis uiris melos & dulce, & nouū. Atq; diligentius perscrutanti, tale animaduersum ab angelis, Christo præsente, decantari, quo epis copis uel hodie mos est uti in templorum dedicatione. Prima statim luce rem auditam diuulgat. Verū, qui rei fidem temere praestare nolabant, Con-

A rotā

Adulas
mons.

→ Glaresus. II. Synaxis
Eremus Di
uæ uirginis
apud Suicos
producunt Virg. li. xx. Con
tinens Glareans

bant, Conradū sunt adhortati, ut, quod iussus erat, conficeret. Postque
igitur incepit, uox continuo ter auditā, Desine frater, cœlitus conse
cratū est. Ex illo itaque, quod res erat, creditum. Deinde a summis Pro
tificibus, alijsque confirmatum, quorum testimonia in sacratissimo il
lo loco hodie conseruantur.

¶ Orbe locus, frondens Mariæ genitricis Eremus.

Vix alibi inuenies tam mitia numina Diuæ,

¶ Propitiumque Deum, & præsentes uirginis aras.

Belliger has ualidis cognoscit Suæuus in armis,

Contentuque suis, aptuque ad bella Sicamber,

Quique sub arctoo pressatur Sarmata plaustro

Attingens Borean rigidissimam littora Ponti.

Tum ne sit pelagus, ne lantis sordeat undis,

Explicat os patulum, Tigurinamque abluit urbem

Thermopolimque adiens, ad olentes sulphure terras,

Arenteſque locos, Epicurea mœnia lambit.

¶ Frondens.) Habet enim hodie prata pinguissima. ¶ Præsen,
tes.) Quæ citius succurrunt. ¶ Suæuus.) Belligerum Suæuum dicit, Cæsarē securus, qui eā gentē lōge maximā, & bellicosissimā Ger
manorū omniū scribit li. iiiij. Et Strab. potētia dicit, & hoīm frequētia
reliquos ancillere. ¶ Aptuque ad bel. Si.) Hora, quoque Sicambros Sicambi.
feroces appellat. li. iiiij. carminū, ode. ij. Populi sunt Germaniae trans
rhenani, hodie Vueschualos dicunt. ¶ Sarmata.) Polonū dicit, Sarmatae.

qui bona Sarmatiæ partē hodie possidet. Mira de his populis apud
scriptores cōmemorante. lege Strab. lib. 7. & ii. Melā lib. 3. Sarmatas
Pli. scribit li. iiiij. Sauromatas a Græcis uocari. ¶ Rigidissima.) fri
gidissima. ¶ Tum ne sit pe. s. limagus cū lacu. Id est autē, ne sit la
cus cōtinuus sine exitu. ¶ Lentis.) stantibus. ¶ Explicat.) ape
rit. ¶ Os.) ostiū. ¶ Abluit.) perluit. ¶ Thermopolim.) Ba
den. s. Heluetiorū. Sunt em quas Thermas dicimus inferioris, a qui
bus Marchiones Badenses cognomētū sumūt. ¶ Olētes sul.) Aquæ
em quæ hoc loco pueniūt, sulphuratae sunt. ¶ Arenteſque) calidos.

¶ Epicurea mœnia.) Voluptatis plena. Secundū quosdam enim
Epicurus

Wing. Br. 11.

Nec tā præcēmēt alibi re
gōstare distat

Thermo
polis.

Epicuri *fū* Epicurus summū bonū in uoluptate corporis cōstituit. Sunt tamen, mā bonū nō qui ex proba eius uita non corporis, sed animi uoluptatē ipsum significalasse cōtendāt. Q uod Poeta dicit, nō ad oppidum referendum, sed Thermas, quā ab oppido distant ad trecentos passus. Hā nāq; tales sunt, ut Pogius Florentinus putet, si uoluptas uitam beatā queat efficiere, nihil ijs omnino deesse ad consumatā uoluptatem. Eius epistolam lege, si libet, ad Nicolaum quendā. In qua & sitū balneorum, lauantium mores, uoluptatem, ludos, iocos, & aquā uirtutem abunde inuenies. q (Lambit.) circūdat. Pers. Illis relinqu, quorum imágines lambunt Hederæ sequaces.

Hic stygiō à flatu, mediāq; uoragine terræ,
Aspice sanantes undas, laticēsq; salubres,
Qui tibi(ni nolis)lānguentia membra leuabunt.
Vtilia hæc ūtero, præsentia balnea semper
Ad quēcunq; uelis, in quo uis corpore, morbum.

Thermæ
quar car
lide.

¶ (Stygio.) tanq; ab inferis uenientes. → (Mediāq; uoragine.) e medio terræ. Intra nanc̄ terra meatus, tales aquæ sunt. Hā quare sint calidæ, Pontanus his uerbis scribit.

Bajano sed ne sumare in littore Thermas
Mirere, aut Iſquidis fluitare incendia uenis,
Vulcani fora sulfureis incensa caminis
Ipsa monent, late multum tellure sub ima
Debacchari ignem, camposq; exurere apertos.
Inde fluit calidum referens ex igne uaporem
Vnda fugax, tectis feruent & balnea flammis.

Virt^o Ther
marū ſuperi
orū ſingula
ris.

¶ (Languentia.) ægrotantia, infirma. ¶ (Vtero.) ſ. fœminarum. Hæc enī singularis est huius aquæ uirtus, & prope diuina, quod sterrilitati mulierū medet. Fœcundas aut̄ fœcundiores, & prolis multiplicatione eneruatas reddit fortiores. ¶ (Præsentia.) cito iuuantia. Illud nempe præsens diciē, quod quia nō abest, cito operat uel bonū, uel malū. Inde numina dicuntur præsentia, ut ſuperius, quod cito iuuet, & uenena, quod cito necent. ¶ (Ad quēcunq;) Plurimū enim conseruit (prius Medico consulto) stomachicis. Prosunt cerebro, uisus, & auditui plurimū, imo totius capitisi dolores mitigan. Epati conduunt, & ſpleni. Ilium dolorem tollūt, & renūm laſſitudinem reſtituūt.

Huiusmodi

Præſens.

Virtutes fu

periorum

Thermarii.

Huiusmodi uirtutes sexcentas habet, quas prudetes iam praterimus.

Mitis aqua, & nostris non importuna periclis,
Campanum superans stagnum, putresque liquores,
Baianicorum amnem, et Cydni felicior unda.
Sunt & qui fluuium dicant hunc esse Lemannum,
Vnde suum teneat pugnax Alemania nomen.

Tertius horrendo, crepitantiisque agmine Rusa
Gothica stagna trahet, atque Hunnas barbarus undas,
Inde Luciferianis Tuginisque amnibus ingens,

Tertius Rusa

¶ Non importuna. Salubris. ¶ Campanum supe. stag.) Id est. Campania
Balnea, quae sunt permulta in Campania, plaga (ut Florus scribit Epi to. i.) pulcherrima totius orbis. Hic sunt tepentes fontibus Baiæ, & ad sanatos morbos, & ad uoluptatem commodissimæ. A regionis feracitate sumptu Adagium, quo dici solet. Plus apud Campanos ungueti, Adagium, quam apud ceteros olei fieri. Pli.li. xvij. & .iiij. præclare de Campania scribit. ¶ Putresque li.) Balnea Puteolana. Allusit ad nomen, a Puteoli, putore enim secundum aliquos aquarum Puteolos urbem dictam uolunt, alij uero a puteorum frequetia. Author Strab. lib. 5. ¶ Baianicorum amne.) balnea quae Baiæ dicuntur. Seneca eum locum deuitanum monet, Baiæ. quod habeat quasdam naturales dotes, quibus illi sibi celebrandum luxuria sumperit. De Baiis Strab. lib. 5. ¶ Et Cydni fe.) Cydnus Cydnus. amnis Ciliciæ podagrīcī medet, ut Pli. inquit lib. xxxi. Idem asserit Vitruvius lib. 8. De Cydno alioqui & Solin. ca. 47. & Curtius lib. 4.

¶ Sunt & qui.) Opinionē quorundam recenset, non suam sententiam.
¶ Tertius hor.) A Rusa flumine tertius conficit pagus. Id ex mon / Pagus teste, quē Furca appellant, orie, fluit per loca cōfragosa, donec nō pcul a tuis. Vetere pago (ita pagus primus apud Vros nuncupat) in lacū Lucer, Rusa fluit. In multos dein circūductus gyros, Rhenu intrat non multo infra Brugē oppidulū Herogeæ. ¶ Crepitati.) murmurati. Ob id nomē Brugis op factitū Rusa a uulgo obtinuit. ¶ Gothica.) Suica. Est enim lacus pidulum. paruus apud Suicos extēs in lacū Lucernanū. ¶ Hunnas.) i. Vrio Rusa unde rū. Suici enim a Gotthis, Vitij ab Hunnis descendūt. ¶ Inde Lu.) Em / dicta.

Emmanna manu fluuiis in Rusam influita Lucerna ad quadringtonos passus.
flu. Lacus uero Tuginus exitum in ipsum habet circa uallem, quā Mariæ
Lacus Thū dicunt.

gīus.

Lābitur in patrios, quos nunquam contigit, ortus.

~~Vltimū est Arala.~~ Vltimū est Araris, quem num natura aliorum

Flexerit, an fluijs nōmen cōmune duobus.

Vertitur in dubium, seu sint bene cognita priscis

Ostia, non etiam fontes, tñdācꝝ sequentes.

Sed mitto hoc alijs, alias latus in horas

Iudicium authorū, satis hæc dixisse fatendum.

Hic, ut in Helvetia est, Rhōdano contrarius exit

Thūnum ^{ab} ~~de Bernan~~, & Arctopolim, satis felicibus ortam

Auspicijsq; Deum, & plura in se flūmina captat.

a. (Labitur in,) hoc est, fluit ad Septentrionē, unde uenerūt Hūni, &
Gotthi, a quibus (ut modo dictum) Vrij, & Suici originem ducunt.

Pagus ultimus. b. (Vltimū est Ara.) Araris noster ex montibus erūpit, unde fluit
Rhodanus, per lacum Haslensem (quem Auctanū dicere posses) &
Thūnum labitur. Venit Arctopolim, quam totā pene cōcludit. Salo-

dorū adlit. Cursu longissimo deinde confecto Rheino cōmisceūt cū
Limago, & Rosa. Is quartū pagum cōficit. Vt vltud adscribendū, nō
hīc hic acipi de Arari, quem Saonā putant dictum, nam neq; origo,

neq; cursus cōuenient, quāvis Poeta se dubitare dicat, anne cursum
Arar mutauerit, an duo flūmina idem nōmē obtineāt. Vel si prisci co-

gnouerint fluminis exitum, non etiā fontes. Verum uteunq; res ha-

beat, doctis committit. c. (Altorsum.) Puta ad Septentrionē, cum

omnes uno ore dicant ad Meridiem tendere. d. (Nomen cōmune
duob.). Id quod Poeta sentit. e. (Ostia.) fluijs exitus. f. (Vndācꝝ
sequen.) id est tractum aquæ post fontes. g. (Vt in Hel.) nō quēad
modū authores deferisserit, ut Ptol. li. 2. Strab. li. 1. h. (Rhodano

con.) Nā ad Boreā, cū ad Austrū uergat Rhodanus. i. (Thūnū.) ad
pidum. j. (Ortā.) cōditā. k. (Auspicijs.)

Sana flu. bona fortuna, feliciter. l. (Flūmina.) ut Sana fluiū Friburgēsū.

Oppida multa

Telugē sanī

Oppida multa ambit, Salodoria regna peragrat,
Regna sub Hābramo, tam fausto sydere nata.
Pars hæc Heluetiæ fluuij cognomina seruat,
Héroum tellus, & adunci uulturis arces.
Quattuor hi pagi, quos à regione notorum
Impetus in Borean torsit, Rhenóq; remisit.
Ante tamē liquidosq; lacus, sterilesq; paludes,
Et stagna alta creant, plus quattuor inclytus auget.
Limagus, & nautis portus, & piscibus antra,

¶ Salodoria.) Salodorū, non Solidurniū, recte dicimus. Hinc Salo Salodorum
dorius deflexit Autor. Inuenit namq; apud eam ciuitatē in lapide ani, unde dictū.
tiquissimo Salodorum, sic nimirū appellatū, quasi salis donum. <sup>Et in una Dini Maurini
editio lucet.</sup>
nempe sal, aspiratione in, s, mutata, & dōq; op̄ donū significat. Inde est,
quod penultimā producit, per. o. enī Græcis scribitur. ¶ Sub Ha
bramo.) Antiquissimū enim esse cōstat, nam exceptis Treuiris nulla
urbs uel Galliæ, uel Germaniæ antiquior. In Habramo Syneresis est.
¶ Nata.) extrecta, condita. ¶ Pars hæc Hel. cog. ser.) Nam terra
adiacens uocat Argea, a nobis Argeuu. Nōnulla etiā oppida inde apl
pellationē sortiunt, ut uulgari lingua proferimus Arouu, Arburg.
¶ Heroum tellus.) Interpretatio eius, quod nos dicimus Herogea. <sup>Ar dicitur a Basiliis
pumice Ar dicitur a Basiliis</sup>
Multi enī sunt, qui existimat Heroum tellurē Hergeuu uocitatā pros
pter Duces, comites, barones, & nobiles absq; numero, qui eam terrā
inhabitarūt. ¶ Et adunci uul.) Vulturē ponit pro accipitre. Signifi
cat em arcem cui uulgo nomen Habsburg. ¶ Quattuor hi pagi.) Lacus, ^{Lacus, o.}
Enumerat lacus & paludes proximas dictis quatuor fluminibus, nō paludes
quod ab his illæ omnes adimplanē, sed quia sint ppe, & riuis inter, ^{Helvetiæ.}
dū conueniāt. Recēsuimus nos superius omnes lacus, per quos ea flu
mina transcurrūt. ¶ Quos a regio.) Id est quos cursus a meridie
parte ad Septentrionē cōpulit. Nam Reno admiscenē, ut dictum est,
qui ad Septentrionē desert. ¶ Ante tamē,) s, quā Reno copulant.
¶ Sterilesq; pa.) Ita Hor. in Poetica. Regis opus sterilisq; diu palus,
aptacq; remis. ¶ Plus quat.) nam quinq; Veseniu, Cleoniū, Tigur
inum, Phæbinum, & Gryphensem. ¶ Antra.) domicilia.

E 3 Treis

Dicit Thib. legione In uita D. Maurini in loco
Ex eadem legione fuisse dicitur etiam illi marinus. Virsus & uitor, quos Salodorū
passos fauna p̄fuerat, Salodorus uero rastriq; est sive Arula flumen, meq; latus
Rhenus possum Hær illa. & si nesciis est, 1-od Valla li. 4. ait rastriq; effectorum
marinis ministris. et in Senniū ait urbe. Intra uora ī urbe Salodoreū op̄ine
quadriani. Meminat ex eius flumij Borratiū Flōrēmp

Tr̄s Araris, R̄sa & totidem, sed trusus arenis
 In circum Duras, immensa cātaclyta fundit,
 Omnia piscinis, non omnia nauibus apta:
 H̄c pāter omnipotens, dū magnum cōderet orbē,
 Disposuit prudens, ne totum forte per æuum
 Staret ināne Chaos, pēnitūsq; illunis Abyssus,
 Bella elementorum, & fera prælia uōce diremit,
 Aethereāsq; Alpes, iuga summo proxima coelo,
 Esse caput iubet Europe, subsidere mēmbra
 Læta, quod in faciem fluuios habuere receptos.

Treis Ara.) Neapolitanū, Thunēsem, & Bielensem. R̄sa &
 Cataclyta. totidē.) Lucernanū, Lucanū, & Tuginū. Cataclyta.) loca cōcaua
 ab aqua cadente. Ambros. Nilus fluuius maximus eo loci, ubi se ex

Piscinæ. altissimis montibus in cataclyta illa præcipitat, magnitudine fragoris
 sui, aures accolarū obstruit. Piscinis.) locis, ubi pisces cōseruantur.

Conclusio. Gell.li.ij. Lacus uero, & stagna, quæ piscibus uiuis coerent clau-
 sa, suo atq; proprio nomine piscinas nominauerunt. H̄c pater

Chaos. omnipo.) Deum ita patriæ situm disposuisse ait ab initio, dum crearet
 mundum, ne perpetuo chaos maneret. Inane chaos. Imitatio est,
 nō mens uera Poetae. Ver. enim in Sylene, & Oui.li.1. transfor. Hesio,
 dum sequentes dicūt, chaum.i.rudis, inordinatæq; materiæ confu-
 sam (ut inquit Lactan.li.1.) congeriē principium omniū fuisse rerum.

Abyssus. Penitusq; hoc est, ne abyssus.i.informis & subiacens materia,
 quæ Græcis ὑλη & χάος dicit, permaneret absq; luce. Alioqui Abyssum uolūt esse immēsam quandā aqua, pfunditā.

Bella ele.) quatuor qualitates, quæ inter se sūt cōtrariae. Voce.) uerbo, quia
 dixit & facta sunt. Ver. uerba sūt ex qnto Aene. aptissime detorta. Nā
 uti Aeneas uerba distractit Darea, & Entellū, ita deus elemētorū cōfu-
 sione.

Mēbra.) alias partes Europæ. Manet in Metaphora, quia
 dixit, Esse caput iubet Europe. Læta qd.) i. membra hæc ob
 hæc causam læta sunt, quod fluuios ab eo capite, quæ est Heluetia, in
 suam accipiunt superficiem. Faciem.) facies omnis cuiuscq; rel-
 forma est. Ver. Quibus aspera quondam uila maris facies.

Panegyricum,

PANEGYRICON.

39



Hæc facies patriæ est, plectro maiore sonandum,

(censens.

Si populū aggrediar mōres studiūq; re-

Atq; tot excultas urbes, tot & oppida

Quin potius cedā, casurus fāscē sub isto,

(mūris.

Ponderēq; immenso, nostris hæc ardua mōles

(Hæc facies patriæ.) Sequit̄ Panegyricū, id est carmē laudatiuum Panegyri-

tredecim partiū Heluetiæ, in quas totū imperiū nostrum est diuisum. cum.

Harū est administratio, & cura totius regionis, præsertim, cū aliquid euenit, quod ad uniuersam Heluetiā pertinet. Alioqui enim singulæ

suas ciuitates gubernat. Poeta bissenas dicit hac de causa, quod Ab-

batis cellam addidit, postq; & ipsa est adiecta numero capitū Helue-

tia. Apponit dein quādam de socijs Heluetiorū, & Heluetiæ laudes. Postremo perorat cum admonitione. In hac aut̄ descriptione licet in-

geniū Poetæ cognoscere. Qui tametsi bellicæ gloriæ singulas cōmu-

nitates (uti appellant) facit participes, tamē hoc agit, ut singulari com-

mēdatione in hoc ipso unamquāq; celebret. (Mores studiūq;.) Verissime dicit. Nā si uitā maiorū uellet, exercitiūq; describere, opus

esset & longiore oratione, & stilo sublimiore. Quāvis nō clam me sit,

multis uideri longe aliter, ijs præcipue, quorū malevolentia uel libris

cōtra Heluetiorū mores cōtestata est. Sed ad manū habes, quo ipsos

negligas, cum quicquid calumniant cogitas inuidiā dictasse. Quæ

pestis tetterima consueuit (ut Erasmus noster inquit) pulcherrimorū

facinorū esse comes, eximiāq; uirtutem non aliter, q; umbra corpus,

adsequi. Statim enim ut Heluetiorū gloria coepit ad crescere, impulsii,

nescio quibus furīs, libellos ediderunt plenos indignis cōuictis, atq;

obſcenis nominibus, a quibus doctum abhorrente summe cōuenie-

bat, nedum Christianū, imo Christi sacris initiatū. Palam igitur est,

nihil eiusmodi probris inesse ueri, habet enim hanc uirtutem ueritas,

ut os inuidum quam longissime fugiat. Quod si hi uiri doctrinam

suam (ut sunt doctissimi) ad alias res, quam ad contumelias adhibu-

issent, nihil dubito, quin magnam laudem essent adepti, cum hoc mo-

do nihil sibi peperint, nisi æmulationis exprobrationē. (Fasce.)

onere. Ver. Ego hoc te fasce leuabo. (Moles.) materia difficultis.

Vitibus

In Zoilos.

Inuidia.

Bap. Ep. Bruni
Ump̄tlingis &
Bublinis notant.

Viribūs est impar, en nostrā tēdia Musæ,
En lyra blanda fidēs, & confona plectra reponit.
Vix tamen exoro, bissenas pāngeret ūrbis,
Heluetiæ insigneis, terrāq; ac æthere notas
Metropoleis, qūib; una fides eademq; uoluntas,

Fides. ¶ Viribus.) ingenij, ¶ Tædia.) ob rei magnitudinē. ¶ Fides.)
chordas. Alioqui citharæ genus est fides, inquit Festus. ¶ Exoro.)
scilicet Musam. ¶ Pangeret.) caneret, componeret. Ita Gell.lib.13.
Si aut uersum pangis, aut orationē solutā struis. ¶ Vrbis.) Capi-

Concordia
Helvetiorū. ta Heluetiæ, seu partes. Barbare Cantones appellanf. ¶ Quibus
una fides.) Concordia Heluetijs sine dubio & imperiū auxit, & rem
uniuersam. Hæc namq; talis fuit, ut uere dicere licuerit id, quod apud
Homer. Nestor de se, deq; Vlysse.

Haud unquam neq; concio nos, neq; curia dictis
Audiuit pugnare, animo sed semper eodem,

Pecunia dis/
cordiarum
fons. Et sentire eadem, atq; eadem decernere uidit:
Verum pecunia discordiarum fons, & nescio quæ inanis gloria æmu-
latio animos eorum annis superioribus ita distraxerant, ut non nihil
timere de concordia esse actum, nisi malum aliquod ingens interue-
niat. In primis tamen dissidio flagrarent apud Mediolanū, dum ibi

Discordia
Helvetiorū
**apud Medi-
olanum.** exercitu non mediocri cōsisterent aduersus Franciscum regē Fraciæ.
Quo quidem de pace cum Heluetijs agitante, quidā recipiebat, qui-
dam recusabant. Fecit hæc dissensio, ut illi cum maiore exercitus par-
te (quæ continebat ultra quindecim millia militū) discederēt. Interim

reliqui profectionē istam plane ignorantes absq; ratione, absq; exer-
citus hostilis exploratione, sine ordine, Ducibus ferme nullis præsen-
tibus, fossis altissimis q̄maxima difficultate superatis, sole iā demer-
so, hostem inuadent, cædunt, in fugam pellunt. Et si nox prælium non

diremisset, iam hostis quātuscunq; erat (excedebat enim numerū cū
milite Germano, qui multus aderat, centū millium hominū) perīsset

totus. Casta hostilia per integrā noctem Heluetij tuebant, & quod fa-
mies exercitū inuaserat suadebat partim, ut Mediolanū repetatur, par-
tim ut maneat ad usq; Aurora, quo intelligent, quid hostis denuo sit

tentaturus. Hoc modo iterū discordia. Interim autem, quod Heluetij
tormēta capta, atq; in fossas coniecta p̄fundissimas post se reliquerat

longissimo

Sip magnum

longissimo spacio, ea recipiebant hostes cum Venetis, qui eadē nocte ad hos numeroso exercitu aduenerant, idq; licebat impune. Aduenies te autem luce corpore sic male affecto rursus hostem aggrediuntē tāto impetu, ut nec de acie instruenda, necq; de bombardis aduersariorū esset aliqua ratio, donec senserunt se medios inter has consistere. Tum repente tantus fragor, tāta tonitrua, tantæ strages, ut terrore omnibus correptis pedem Heluetij referre cogerent. Quis enim hominū huic tam nefando machinamento repugnaret, cui uel montes cedunt? Res miseranda, cum sua ipsius culpa tam ingens quis periculum incurrit.

*Heluetij
nicti.*

Cæterum qualis illa uictoria fuerit, manifestum facere uident̄, quod *Qualis n̄is Gallus uictor pacem a uictis tam incredibili pecunia (nam septies cēs uictoria regis tum millibus Coronatis nūm̄) efflagitauit. Deinde quod Lukanū, Franciæ. & Lacarne munitissimæ arces Ducatus Mediolanensis, quas nostri bello Papiensi occuparūt. Vallis item Velina (quā Sabellicus Tellinā dicit) superata eodē bello a Rhetis, adhuc ditionis sunt Helueticae. Mihi piense. nāq; sic persuadeo, si uictoria tam esset insignis, quam illi prædicant, nihil harum rerum debere admitti. Sed hæc hactenus. Non enim ob aliam causam adscriptissimus, nisi quo Heluetios admoneā, ut consyderent, quid concordia sibi, quid item discordia (a qua sola uicti sunt) adulterit. Deinceps uero caueant, ne tantū malum unq; ad se admittant. Id quod tum fiet, cum eius somitem pecuniam, imo nimiam pecunia cupiditatem q̄ longissime propulsabunt.*

dudensis

Audiūt, & mitis nec deginata precantem,

Composito uultu tales dat pectore uoces.

Velle equidē, quæ sum parui tua Musa Poëta.

Dignius ordirer, possemq; sonare pōtentem

Sermonem, qui sit rebus bene congruus istis.

Audendum est, ueniant bissenæ hoc ordine partes

In numerum, qui cuiq; placet, uix ipsa recuso.

(Audijt.) s. Musa. (Velle equi.) Musæ uerba sunt, ideo inducta, ut Poeta liberius loqui possit. (Potentē ser.) Imitatio Homer. Inquit enī Ilia. Αριτερὸν δὲ πίλη μῆδον ἐτέλλε. (Audendū est.) Adagium. Prouerbiū, admonēs fortiter periclitandā esse fortunā. (Ordine.) Ordo is est partiū Heluetici foederis, ut hodie legatos mittunt, & insignia pingunt. Nam ut libertatis uindices alium sequuntur.

Adagium.

F Salve bellis

TIGU/
RVM.

I.



Altū belligeræ celeberrima gloria gētis
O Tigurum, urbs orbi, & pando no-
tissima cœlo,
Cui pro nominibus, meritiq; & for-
tibus actis,

→ Nulla sat esse potest immensi gloria mundi.

→ Te médiam scindit uiuenti Limagus unda,

Tigurum. ¶ Salue. Initium cōmēdationis sumit a Tiguro urbe, quæ primas partes inter Heluetios obtinet. Hodie Thurregum, seu Duregū appellat inceptius. De cōditoribus eius, quod uaria tradunt, libenter tacemus. Vrbs est uetusissima, situ admodum amoenio. Iacet inter duos monticulos, illo uitifero, altero faciem præbente sylvestribus plenam arboribus. Aedificijs pollet, templis, monasterijs, mœnibus, & fossatis. Superne lacus incumbit limpidissimus, longus circiter. xij. millia passuum. Is urbem dissecans in medio Limagum, quem recepit pene apud Glareanos, effundit. Sternit pontibus duobus, qui urbem disiectam denuo cōiungunt. Populosa est. Senatū habet prudentissimū. Ingenia uero multo clarissima. In quibus illud nō tepide cōmendandum puto, quod uti bonas literas amplectunt, ita sophisticā interne, cino persequuntur odio, ceu a natura edocti, cōptum in ea mali conditū lateat. Nec tamen hoc sanctissimo odio Tigurini solū, sed etiā alijs per Heluetiā adulescētes ferunt, quibus Minerua, nō Bellona adplaudit, qui & multi sunt. Inter Tigurinos aut facile primi, Jacobus Amman, ingenij ita festiui, sermonis tam puri & elegati, ut nihil supra. Et Cōradus Grebelius, cui & Musæ fauēt nō mediocriter. Illi procul dubio suam Heluetiā olim tam illustrabūt, cōtū ipsi hodie ab hac illustrantur. Nos ad rem redeamus. Tigurinorū meminit Cæsar in. i. Strab. in. 7. & Flor. epito. lxv. ¶ (Belligeræ cele. glo.) Periphralis Heluetiorū.

¶ (Nulla sat.) Res domi, forisq; Tigurinorū gestæ tantæ sunt, tanc eximiae, ut breuibus numerari haud queant. Quas Lector si scires, uideres Poetam nostrū hoc loco nihil minus egisse q̄ Poetam, Quorum hominum est, pro tempore res supra meritum extollere, ¶ (Uiuenti.) fluenti. Nullum uitæ certius signum (inquit Erasmus) quam motus, unde flumina quoq; dicimus uiuentia.

Etsupē.

Et super incumbit squamosis piscibus ingens
 Amne lacus, uitreōq; reluent gurgite ripæ.
 Nubiferas turres, quid tam sublimia fronte
 Tecta, quid ablotas splendentí fonte platæas
 Cōmemorem: fora quid dicā: quid tēpla rēcenseam
 Atria Cœlicolis, & dignas regibus aulas?
 Vrbs cœlō, & superūm Rectori chara supremo.



Cēde ó memoranda meis Vrsina pro, ARCTO
 pago POLIS.

Carminibus, gens ḡndino bene digna II.
 cothurno,

Mœniāq; lyra, & Phœbi laudanda camœnis.

Vrbs ḡctis prudens, ūrbs tot regnata per annos.

Tot populis, tot castellis, tot & arcibus altis.

Sir A Vitreοq; claro, liquido. **G**urgite. **T**apinosis. **Q**uid ablo. **M**ündicies uicorū in ciuitatō & amœna est, & salubris. **R**e Mundicies cœseam. **S**yneresis. **V**rbs cœ. **C**ōmēdatio a religione. Nā deus uicorum. nō diligit, nisi se diligētes. **A**ccede. **B**erna, seu mavis Arctopo/ Berna. lis (nā Vrbus illi nomē indidit) urbiū Heluetiarū potentissima ppter latā iurisdictionē, sex enim & uiginti habet extra muros iudicia. Con ditam ferunt a Bertoldo Duce Zeringo. In locū est porrecta iuxta tu/ Bertoldus mulū, cui est imposita, ab Arari nostro ferme tota concludit, tanq; a dux Zerini fossa profundissima. Aedificia habet mirabiliter extructa, nā licet tutū gus. circumire sub porticibus cameratis totam ferme urbem etiā pluuiosif simo tempore. Templū ornatisimū. Monasteria autē notiora, quam ut opus sit multa de his adnotare. Viros alit robustos, laboriosos, bel lo, & paci accōmodissimos. **A**ndino. Is eñ Andi, Andes. nus uates dicit a pago Andes. ubi natus perhibetur. Nō lōge distat a Mantua, ut Donat. inquit in uita Vergili. **M**œoniaq; ly. **C**armine Homerico. Martial. Perlege Mœonio cantatas carmine ra nas. **P**hœbi. Apollinis, cuius epitheton phœbus est peculiare, Phœbus. **F** 2 nam purum. **A**rola

Prudentia nam putum significat. ¶ **V**rbs actis priu.) Laus a prudentia, sine
virtus pri/ qua uirtute nemo quicq; probe agit. Quare merito dicitur reliquis vir
ma.

Berna quo reg. per an.) Innuit urbis extatē. Ferunt autē fundamēta eius iacta. An
tpe cōdita.

Vni qui nobis cunctando restituunt rem.
→ **H**anc Araris præceps, Rhōdanōq; fugacior amnis
In circum lambit, scopulōq; immurmurat unda.
Aspice Dædaliōs circos, Rhōdialōq; columnas,
Et Lābyrinthæum rutilis uicinius astris
Templum horrendum ingens, nō illud Māusolæum,
Sed neq; Pyramides, Mēmphitica marmora, uincet.

Bella Lou. **V**ni qui nobis.) Ennij versus ad rem Poetæ deflexus. Intelligitur
autē de bello Louensi, quod quidē dum Bernenses libenter auertis-
sent sine sanguine, aduersarij hi erāt Comites, & nobilitas omnis cir-
cumquaq; posita, Friburgēs item, & Ludouicus Dux Bauariæ, qui
titulū iactabat regis Ro.) prouerbium vulgare. Bistu uon Bern, so de/
muettigist dich gern, in eos iecerunt magno cum ludibrio. Ipsi autem
interim, quod de rebus suis gene desperauerāt, precibus aduocāt Vri-
os, Suicos, & Syluanos. Adueniūt quoq; Sebedalij, Leucogri, & Auel-
iani. Atq; opportunitate data ruunt in hostē, cādunt, premuntq; do-
nec uictoria sunt potiti. Anno. M. CCC. XXXVIII. ¶ **R**hoda-
nōq; fuga.) Oppositū Autores dicūt. Sed de nostro Arari nō sentiūt.

Dædalios.) Artificiosos. Vide apud Oui. de Dædalo multa, lib.
viii. Meta. ¶ **R**hodiasq; colum.) id est moles tales, qualis erat co-
lossus solis in Rhodo inter septē orbis miracula habitus. De quo Pli.
lib. xxxiiij. ¶ **L**abyrinthæum.) id est tam mire effigiatū, ut laby-
rinthus credi possit. ¶ **H**orrendum.) Venerandum. Ver. in. vii.
Horrendū syluis, & relligione parentū. ¶ **M**ausolæum.) Mausoli
sepulchrū, qđ condidit Artemisia uxor, postq; regē oppetiisse cognos-
uit. Opus id, ut esset inter septē miracula, eiusdē artifices fecere. Teste
Pli. lib. xxxvi. Versus est spondaicus. ¶ **P**yramides.) Pyramides
moles sunt maximæ ita constructæ, ut e lato in acutum tendant. De
quibus quur sint erectæ Pli. ita scribit lib.

Des in eadē Aegypto regum pecuniaꝝ ociosa, ac stulta ostentatio, quippe faciendi eas causā a plārisq; traditur, ne pecuniā successoribus, aut armulis insidiantibus prāberet, aut ne plebs esset ociosa. Ioachimus Iodchimus: meus parum ab his differre existimat turres, quas tēplis tantis qñq; Vadianus. sumptibus Christiani adnectunt. ¶ (Memphitica mar.) Regibus Memphis. apud Memphim, quā regio quondā fuit Aegyptiorū urbs magna & populosā, erigebant Pyramides maximā. Vide Diodo. Sicul. li. ii.



Einde est magnanimum piscoſa

Lucerna uirorum

Primā salus nostri imperij, miserata la-
bores.

Suiciæ & Vrorum, trepidantisq; agmina syluaꝝ

¶ Deinde est.) Lucerna (cui nomē est a luce quondam uisa, anteq; Lucerna oppidū foret extructum, eo loci ubi hodie collegiū est canonicorum) situm obtinet planum collibūs a tergo circū septum, & sinistra. Ab his moenia sustinēt, & turres altissimā. Frontē amplectit lacus, dextrā fossa aquosā cū planicie latissima. Prospectant hæ duæ partes mōtes tam altos, ut nubes uideantē tāgere. Lacus Rusam fluuium initio statim oppidi fundit, a quo ipsum oppidum scindit mediuꝝ. Pōtibus tribus, & longitudine, & quod undicq; tecta sunt cōspicuis mirifice ador natur. Ex his longissimus ad superius Collegiū ducētos pene passus extendit. Vnus porro nudus oppidū q; breuissime necit. Viros ædit animi magnitudine præstantes. Ingenia uero huiusmodi, ut quorum pecciteret nunq; si nihil a natura sua degenerarent. Satis est uel unus. *Aber hie war der 25. Jan.* Xilotectus meus ad indicandum, uerum esse, quod dicimus. Homo. Ioannes X. est ut humanissimus, ita doctissimus. Mihi aut̄ tali necessitudine conlōctus. iunctus, ut, quem ei in hac re præferat, habeam neminem. Hinc est, quod neq; ingenij uit, neq; alias eius uirtutes commendare audeo, ne quis forte obijciat, Amor cæcūs. Illud tamen non possum tacere. Hunc esse, qui uel solus queat non tam Lucernā, quam totā Helvetiā suo ingenio facere illustrem. ¶ (Piscoſa.) propter lacū. ¶ (Prima Lucernani salus) Hoc ideo dictum, Quod Lucernani primi fuere, qui iicto foede primi se trūre cum tribus pagis, ipsis opem tulerunt cōtra impetum Ducum Au: bus pagis strīa. Quur autem id fecerint, causa fuit, quod male defendebantur a foedore in nobilitate ipsis præfecta. Habant enim tunc temporis tres Pagos xerunt.

F 3 maxime.

maxime infestos. Argumento est Turricula, hodie dicta Seburg, ubi Lucernani cōtinuas habuisse custodias dicuntur. Deinde pali in lacu, ne quis nauigio posset adire, infixi, atq; ab uno, in littus oppositū extensi. Vestigia adhuc uidentur.

Nōn Leopoldi iras timuit, non Sūanica bella,
Pannoniæq; minas, nicos imitata supēbos
Auxit opes, nomenq; suū, famamq; perennem,
Primāq; cum primis sua foedera iunxit amicis,
Quodq; à luce datū, nenerabile nomē haberet
Non oblita, dedit uires, crescentq; leuauit
Imperium, luxitq; suis, & foedere uinxit.
Ergo quæ tribus est uicis unda, hæc eadem illi est,
Et nōmen commune tenent, quod sylua repingit.

VRIA:

III.



Riā post ingens, Hunorū gente creata,
Quos rabida è Scythicis longe sum-
mouerat oris (rida tota.
Barbaries, gēns tota furor, turba hor-

Leopoldus & (Nō Leopol.) Ducas Austriae. Is Lucernanos postq; foedus cum tribus ciuitatibus syluanis pcusserat, bello aggressus cū quater mille equitibus, peditibus innumeris apud Sempachiū oppidulū ditionis Lucernana oppressus obiit. & (Suanica.) Sueuica. & (Vicos.) Vriā, Suiciā, & Syluaniā. & (Supbos.) nobiles, præstātes. & (Primaq; cū pri.) opinionē sequit̄ quorundā, qui putauerūt foedus qua-
tuor ciuitatū syluæ (ita nos appellamus) primū fuisse. & (Leuauit.)

Lacus L^ucernanus. iuuit. & (Ergo quæ.) Lacus em̄ (de quo pauloante dictum est) tam patet, ut omnes has parteis attingat, tametsi procul a se se distat. Syluania nāq; abest a Lucerna miliare Germanicū. Suitia tria. Quatuor Vria. & (Et no.) Nominant em̄ lingua nostra, Die fier uuald stet. Latine nō ita absurde dicere potes. Ciuitates, seu cōitates syluanas.

Vria. & (Vria post in,) Vria nec urbs, nec oppidū, sed cōunitas est pagorum. Inter quos primus Pagus uetus appellatus ita pollet ædificijs, atq; plateis

ruelleto

atq; plateis lapide stratis, ut ab oppido nihil differat, nisi quod caret
mōenibus. Nominis origo est ab Vro boue sylvestri, cui^o caput Hun-
ni, a quibus illi uere initū sumunt, gesserunt in armis. Interiacet mō/ tibus,
ut non possit adiri, uel certe difficulter, nisi aut nauigio, aut per
montē Gotthardi periculosissimum. Viros habet prudentes, acres, &
uere contēptores animā, ubi pro Iustitia dicimandū est. ¶ Quos
rabida e. Scyt.) Scythia regio Asia Septentrionē uersus admodum
barbara, quare Scythicis oris dicit pro Septētrionalibus. Rabida aut
barbaries Hunnos Scythia populos, inquit Poeta, cōmouit ad profi-
ciscendum in Italiam, ut persequerentur Christianos. Post magnā uero
stragē acceptā huc sunt adacti, ut in patriā repedandum esset, quidā
uero nobiles cū multis alijs, terrore nimio percussi, in hāc montana,
ubi hodie sunt Vri, consederunt. De Hunnis uide Paulū Diaconum.
li.xv. ¶ Gens tota furor. Emphasis est, nam plus, quam si dixisset
furibunda.

Vria unde
diffit.

Scythia

Hunni.

Vrorum q̄ra obra uisa nō
origo. exp̄iat

¶ Inciderat facinus crudele, & in æthera crudum
Fixerat os, Christumq; eiusq; euertere gentem,
¶ Sed uicit pietas, riguerunt faxeā quondam
Corda uiris, nunc sunt toto liquefia melle.
¶ Mēns sola in melius uersa est, sunt robora prisca,
¶ Atq; eadem uirtus, eadem est audacia membris.
Nemo illa maior bello, nemo acrior armis.
¶ Hæc nostri fōns imperij, quæ prima Tyrannos.
¶ Corripere est ausa, & uolitanti plectere ferro.

F
¶ Facinus crudele. Magnū scelus, quale aut id, quantūcumq; fue-
rit exponit. ¶ Et in æthera. Quia cōtra deū, & eius cultores bel-
lum suscepserant. ¶ Quondam. Dum adhuc Idolis sacra faceret.
¶ Mens sola. Solam inquit mentē in melius trāsmutarūt falsam
religionē abiisciētes, uera aut suscipiētes. Nā ut prius fortē fuerūt, ita
hodie quoq; pristinā seruāt fortitudinē. ¶ Audacia. fortitudo.
Alias temeritatē significat, idq; pprie. ¶ Fons impe. Gulielmus
enīm foederis autor Helueticī Vrius fuit. ¶ Volitati ple. Alludit
ad Gulielmū, qui (ut diximus) telo Griselerū tyrannū traiecit.

Audacia.

Suitia bellū.



Viciā bellipotens in magnis inclita reb⁹,
Et bello, & pace immēlos p̄fessa labores,
Semper in Alpinis toto æuo exercita lu-
stris,

Figit ap̄os, certāq; ursis, cursuq; uolanti
Præuertit damas, cogitq; in retia ceruos,
Ociā nulla sciunt iuuenes, nulla ocia adulti,
Scandere ni montes, & duro uincere cæstū
Ocia quis dicat, studium hoc o Gotthica nobis
Terra dabus, quando Italicis te sustulit oris,

Suitia. ¶ Suitia bellipo.) Suitia sequit̄, unde omnes confederati cōmune
apud uulgus hodie tenet nomē Suitenses, uel Suiceri. Pagorū est con-
geries sicut Vria, interclusa montibus, longe tamen, quam Vria, situs
Suicorum amœnioris, faciliorisq; aditus. Traducut autē Suici originē a Suedis,
origo. qui in extrema Septentrionē versus Europa sunt (alio noīe Gotthi ap-
Suedi. pellant̄) Cuius rei testimoniuī nō modo nostræ historiæ adferūt, sed
Gotthi j̄dē. & xj, qui uel hodie Suediā inhabitat. Ex quibus s̄ape quæstū a mer-
catoribus nostris, quicq; ne haberet in annalibus, quod argueret ex/
pulsos fame ex sua patria, in nostras, uti apud nos credit, sedes deue-
nisce. De cōformitate regionū, morū, naturæ, aliarūq; rerum, ut solet,
nihil minus inquisitū. Asseuerarūt oīa, illud adiūcetes, miris se glori/
ari modis, tam laudatu apud oīes gētes populū originē sibi ferre acce/
ptam. Appellatio est a Suiterno quodā populi duce, qui pugna fratre/
superior plaq; nomē (nā de hoc certamē erat) imposuit. Quod qui/
dem picturæ iam dū apud Suicos antiquissimæ indicant, nedū libri.
Mirum autem in modum pulchra corpora progignit. Poeta his attri/
buit ea, quæ Mantuanus Heluetij in exhortatione Principum Chri-
stianorum contra Turcas. Vbi sic scribit.

M. A. 12. an.
Latini p̄fis
tūs.

Mantuanus
de Helveti-
tūs.

Gens fera, contemptrix animæ, consueta per Alpes
Figere ap̄os, certare ursis, niue candida semper
Per iuga ueloces tursu præuertere ceruos

Heluetij, tibi dura aciunt uenabula, & enses:

Ociūm,

¶ Labores.) Hos cōmemorare, librū postularet. ¶ Ocia nulla.)
Magna laus

Magna laus. Omne enim maliciā docuit ociositas, ut Chrysosto. ait.
Cæstu. Cæstu clauam significat ex corio, quæ plumbum in, **Cæstu.**
 sum habet, loris bubulis manibus, brachiisq; adligabatur. Ante
 quitus erat durum certamen cæstu, raroq; sine cæde cōmittebat.

¶ Horrendaſq; tulit dūx Byzantinus in Alpes.

Post quoq; difficiles omnino exosa Tyrannos,

¶ Armā secuta modis Vri Guilielmia miris.



Yluānam gentem, Romano à sanguine SYLVANIA.
 crētam,
 Quam scindit gēminam nemoroſo ro-
 bore ſylua. VI.

¶ **Dux Byçantinus.**) Narses Iustiniani Imperatoris dux. De hac **Narses.**

re Leonard. Aretinus sic scribit li.iiij. de bello Gothico. Inter hæc ad
 mille equites ex Gotthorū castris aufugerāt, magnisq; itineribus Pat
 piam, & alia trans Padum oppida petierunt. Reliqui aut̄ foedere cum

Narsete iecto sua priuatim asportat̄ Italia excedere, ac nunq; aduer-

sum Romanū Imperium bellum gerere promiserūt. Libertate tamen

retenta, sine ulla Ro. Imperij subiectione. Libro quoq; ij. ait. Gotthos

in Alpibus frequētia habuisse castella, & multas arcēs. ¶ **Arma ſe-** Hīſtoria de

cuta.) Hæc res habet hoc modo, Agrianus (quē uulgo Steufacker no- Agriano

minant) domum contignatā pro more Suicorū sumptuose extruxe- Suico.

rat. Quā, Gryselerus præteruectus equo, ubi diutius contemplatus

erat, tandem rogauit, cuiusnā eſſet? Respōdit ille nō ignarus Tyrannici

pectoris. Tua est optime Princeps, & mihi cōducticia. Abiſt Tyrān?

Hic uero magna percitus sollicitudine ne in domū suā uiolēter is, qua

erat malignitate (prius nāq; non semel cōtra alios idē patrauerat) im-

petū faceret, tristis egit tātisper, dū p̄ſualus ab uxore cōcederet Vriā,

inuentū iri fortasse, quos similis iniuria premeret. Consilio adproba-

to reperit duos, cōueniunt, cōquerun̄ Tyrāni iniusticiā, & deniq; cō-

iurāt, se aut mortē obituros, aut patriā ſecū adſerturos in libertatem.

Quid auctum sit, ita palam eſt, ut pluribus uerbis non egeat.

¶ **Syluanā gentē.**) Proxima nunc Syluania, duplex quidē, ſuperi-

or, & inferior. Nomē ſortita eſt a ſylua interiacente. Multis pagis abū

Syluania.

Vnde Syl-

uania dicta.

G dat, montosa

Origo Syl
uanorum. dat; montosa prorsus, latissimis tamen, atq; fœcundissimis pratis. A Romanis hic populus descendit, expulsus ab Urbe per seditionem, quos quantu& cultu, & fortitudine adhuc representet, nouerunt, quibus mores, & gesta Sylvanorum sunt cōperta.

Quomodo legatos Syl
vani mittat. ¶ Cretam.)oram. Ver. Quo sanguine cretus Hortamur. ¶ Geminā.) Duæ partes enim sunt (ut diximus) & duo iudicia. Ad conuentū Heluetiorū duos mit- tunt legatos, qui tamen unum tantum suffragiū possunt reddere. In diuidendis quoq; uel stipendijs, uel alijs rebus, Superior, quod ma- tor est, duas portiones, ubi Inferior unam, accipit. Huius pagus præ- cipuus Stans uocatur, illius Sarnē.

Quis digne satis extollat, cui lucidus aër,
Lucidāq; amne loca, & fœcundo gramine campi,
Miles & in iaculis, & longa turbidus hasta.
Libertatis honos, & priscae gloria Rōmæ.
Sarnenses arces, infesto sydere natæ,
Ipsē Tyrannus idem, tua iura Agriane perosus,
Ostendunt, hūic est uastæ pius incola Eremi
Nicoleos, qui uno & uiginti sobrius annis,
Nil potus, esu&q; tulit, mysteria cœli
Edoctus, sacro uiuebat corpore Christi.

¶ Miles & in.) Indicat populū esse bellicosum. ¶ Turbidus.) pugnax, terribilis. Ver. Et Venulo aduersum se turbidus infert.

¶ Libertatis.) Helueticae, pro qua parada, & cōseruāda nihil nō subie- runt laborum. ¶ Romæ.) Ad hāc enim referūt originē, uti dictum est.

Nihil autem haec tenus egerunt, quo ab illa degenerasse queāt re- dargui. ¶ Sarnenses arces.) Vicus est Sarnen (modo id quoq; re- latum) primus sylva superioris, unde Sarnensis est deflexum, a quo

Sarnen his.
Arx Sarnē-
sis quō su-
perata. nō procul Landenbergius Tyranus arcem habuit cum arte, tum na- turā sic munitam, ut de eius expugnatione ferme desperatū esset. Tū uero succurrit exactio, quā Tyranus, qui Landenbergio fr̄cesserat, statuit ad expilandū populū, ut uidelicet singuli singulis diebus festis, quos quatuor per annum celebramus, pro facultate aliquid tributi si- binomin

bi nomine adferrent. Nam dum, diuina Tyranno audiehte, censum Syluani putarentur adferre, arcem intromissi occupant. Quæ res statim ut ad dominum peruenit, omnibus post habitis, paucisq; ex ministerio comitatus Syluania excessit. Hæc obiter diximus.

IIpse Tyrannus. Landenbergius. De hoc ab initio pene dictū est.

Huic est uastæ. Nicolaum significat Eremitā. Hic quidē natione *Nicolaus.* Syluanus, patre Henrico, matre Hemmannā progenitus diuino mo-
nitu eremum intravit, uxore cum decem liberis quinq; masculis, &
totidem puellis relicta, ubi absq; cibo, & potu humano .xxi. annos
transegit. Solitus fuit aliquādō dicere. Longe gratius sibi fuisse, quod
diuina gratia potuerit penitus uxori suæ renunciare, quam quod ci-
bo. Sepultus iacet apud Syluanos in pago, cui nomen Sachslen. Vir
fuit admodum procera statura, & formosa. Supra quam erat satis ma-
cie cōfectus, ut nihil aliud habere uisus sit, quam cutem ossibus ad-
hærentem. Color erat fuscus, capilli nigri canicie passim interspersi.
Barba non prolixæ, nec multo pilo, sed in medio bifurcata. Oculi ad-
prime nigri, & quibus terrore quis potuisset, ob uenerandum fulgo-
rem, concuti. Colli, gutturiq; uenæ, dum loquebatur, non sanguine,
sed aere uidebantur plenæ. Veste usus unica, & simplici ad talos
usq; demissa. Caput semper nudum, & nudi pedes. Vocem ædebat
uirilem, sermonem tardum. Disputans de deo, uidebatur omnia sa-
crarum literarum secreta esse rimatus, cum tamen ne literam quidem
nouerit. Illud addam. Cellulam eius fuisse lōgam duobus passibus,
& semis, latam unius & dimidij, altam, ut capite eius summitatē tan-
geret. Fenestrenulas hæc duas habuit palmae latitudinem referentes.
Nihil insuper uidebas, præter humilima scabella, quibus haud du-
bie pro ceruicalibus utebatur. Hæc adscriptissimus ob eam causam,
quod hactenus non uidimus adnotata ab his, qui uitam eius uiri
literis mandarunt. Quamuis Henricus Lupulus Canonicus Ber-
nensis homo plane doctus nihil pene omiserit. Eius libellum prope/
diem in lucem dabimus.

*Henricus
Lupulus.*



Vgiūm ab antiqua Heluetiorum gente

creatūm,

Gens ferri, populuſq; acer, gens sueta la-
boris,

Semper in arenti iuuenes exercet arena.

*TVGL,
VM.*

VII.

Terra minor reliquis, sed non tamen infima uirtus,
 Dura manus bello, nullo perterrita casu,
 Stat, uelut à rapido quercus non mobilis Euro
 Vapulat, instructaq; ignara phalange reuelli,
 Facta patrum ostendūt, & monstrant tēpora nostra
 Tuginos acres, & libertate celebres,
 Sollicitośq; sui, natośq; ad bella Camillos.
 Huic sunt à tergo colles, sed dextera pingui
 Rure uiret, frontem nitida lacus abluit unda.

Tugium. a **T**ugium ab antiqua.) Tugiū, vulgo Zug, oppidulum est, cuius frontem cingit lacus, tergum & sinistram monticuli, dextram campi nō mediocriter fertiles. Memini a maioribus me audisse, lōge quoniam
Subsedit pars **Tugij.** dam fuisse amplius, q̄ sit hodie, sed unam eius partem ob lacū insidiā.

Subsedit dam fuisse amplius, q̄ sit hodie, sed unam eius partem ob lacū insidiā. Homines producunt mire formosos, & acres. Tuginorum meminit Strab. li. iiiij. &. viij. ubi ait, de Cimbris loquens. Cumq; conflatas latrocinijs opes longe suis ampliores esse uiderent, in Heluetios se contulisse. Et ex eis præcipue Tigurinos, & Tuginos sollicitasse. Vniuersos uero de leuere Romani &c. **Acer.** fortis. Ver. Arma acri facienda uiro. **Stat.** Comparatio. **Euro.** uento quouis. Species est pro genere. **Vapulat.** Percutitur, impellitur. **Phalange.** ordine. **Phalanx.** Quid phalanx proprius sit, his uerbis Q. Curtij clarum uidetur. Ipsi phalangem uocant peditum stabile agmen. Vir uiro, armis armata sunt. **Camillos.** fortis sicut erat Camillus, qui urbe a Gallis Senonibus capta ad capitolium usq; a tergo eos subito aggressus adeo cecidit, ut omnia incendiorum uestigia (prius enim urbem totam igne consumperant) Gallici sanguinis inundatione deleret. Vt de Liui. li. 5. Deca. i. & Flor. Epit. i. & Plutar. Poeta elegantiae gratia numerum mutauit, quemadmodum etiam Hiero lib. i. contra Iouinia.

Claudias, & Cornelias dicit. Virg. li. 22. Georg. Ex. in bar. Dno. Maro magnosq; Camillos Tu quideq;

TV quoq; Limāgiana graui gens indyta GLARE
bello, ANA.
Et libertatis uindex temeraria Rheni VIII.
Bella teris gladio, dirō s̄q; explosa Ty-
rannos,

Culminēq; edūctas in sydera diruis arces.
Plurima maiorum tibi sunt exempla tuorum.
Aspice dissecto Vesenia pergama muro,
Quid patres potuere tui, te æquare labores
Maiorū pūlchrum est, demptaśq; ulciscier umbras.
Sunt tibi in æthereo duo nūmina maxima cœlo,
Indytus effugiens noctem Fridolinus opacam,
Hillarion Gallus, Pictonæ gloria gentis,
Sæpe uocanda tibi, sæpe in tua uota petenda.

Tu quoq; li.) Glareana pagus totam ditionem suā denominat, Glareana.
inter montana iacet altissima, Ingenia felicissima profert. Quod qui-
dem facile poeta noster comprobat, & Arbogastus Strub cognomen/
to, qui, dum in uiuis esset, nō mediocre decus fuit Academiae Viennē/
sis. Conradus item Fonteius Vesenius. Adolescentes autem q̄pluri/
mi, quos nihil ambigo si pergent, uti cœperunt, nō parum suæ patriæ Fonteius.
ornamēti allaturum esse. **L**imagiana.) Glareana, a Limago, qui
apud Glareanos oritur. **L**ibertatis uind.) Explosit enim Tyran-
nos, & arces, quas septem habuit, disiecit. **E**dūctas in syd.) Hi/
perbole. Ver. Fluctusq; ad sydera tollit. **A**spice dissecto.) Pugnā Pugna Ne/
significat Nephelinā, in qua hi populi contra Glareanos suos miserūt p̄belina.
exercitus. Scaphusiani, Chimopolitani, Chiburgij, Doggij, Cellani ←
ad lacum Venetum, Campocanini, Dux Austriz, Domini ex Tor/
berga, Rappensuili, Grunigenses, Vgnenses, & Vesenij. Ceciderūt ex
hostibus in ea pugna tria millia, præter eos, qui in lacu Veseno sunt
submersi. Hanc quidem, ut præcipuā, Poeta noster carmine Heroica
descripsit, suo tēpore æditurus in lucem. **V**esenia perg.) Moenia
G 3 Vesenij

Vesenij. Veseni oppidi nunc defolati, uulgo uuesen. ¶ **C** Pulchrum.) Imo pulcherimum Non enim est, quod magis dedebeat, & degenerare a suis, ubi quid ab eis optime, & cum uirtute gestum est. ¶ **C** Numina.) Patroni. ¶ **C** Inclytus effug.) Fridolinus in Hibernia natus dicitur e stirpe generosa, ac prædiuite. Patria relicta urbem petiit Pictauensem diuertens ad Diui Hilarij basilicam. Mansit illic tamdiu, donec uisione monitus est ab Hilario, ut inde abscederet. Venit itaque longissimo itinere ad Insulam Rheni, in qua hodie Sacconium oppidulum est. Ibi plurimis annis in dei seruitio peractis obdormiuit. ¶ **C** Hilarij Gallus.) Præclarus hic fuit Theologus, & episcopus Pictauensis. De quo lege Hiero. in catalogo illustrium uirorum.

BASI/
LEA.
IX.



Auriacas arces, Augustaque limina Rheni
Heluetiae muros, & inexpugnabile uallum,
Quo pede dicendi, quo plectro, quaque ca-
mcena

Sat digne extollam: non si mihi Tullia uerba
Delius inspiret, musisq; ad transtra uocatis,
Tantillum laudis possem. salue optima mater
Indigenis Basilea tuis, urbs indlyta fama,
Urbs Troia, Thebisq; & multis notior astris,
Tota quidem splendes, & te tibi pulchrior ipsa es,
A planta usq; caput, tu nostri portus apexq;
Imperi, tu totus honos, non indiga laudis
Fucata, semper studiorum dulcis alumna,
Massiliam referens, docta sq; Academia Athenas.

Basilea.

a **C** Rauriacas arces.) Basilea urbs episcopalis præclara, & ampla, omnibus modis ita commendabilis, ut parē inueniri facile, haud credam. Situs est namq; iucundus, longus & oculis mirifice blādiens undiq; prospectus, ædificia magnifica, tēpla atq; monasteria multa, dulciissimi fontes, cœlum saluberrimum, mira omniū rerum exuberantia.

Rhenus

Rhenus urbem disternans, ponte tamen iterū cōnexam. Homines ciuiles, Respu. optime instituta. Et, quod erat initio dicēdum, Vniuersitas erudita, a qua nō mediocrem laudem obtinet apud exteris. Sed nec minorē ab arte impressoria, ut ex qua īnumerī tam boni libri, tā elegantes, tam repurgati ab omnibus mendis, tāq̄ reipu. Christianæ cōducibiles in lucē iam nō multo ante prodierūt, & quotidie prodeunt. In qua quidē re ERASMVS ille Roterodamus vir ex omni æuo īcōparabilis, & rei cōmuni Christianæ (nihil enim dubito) natus, haud quaq̄ sua laude fraudandus est, utpote cuius opera effectum, ut pleriq̄ hi libri cū exhibiti sint, tum emendatores, conspicuiq̄ magis exhibiti. Beatus aut̄ Rhenanus quantū in hoc negocio laborū impen dat, uel orbi cognitionum. Hunc equidē hominē cōmendarē pro doctrina singulari, pro linguarū cognitione, pro instigandi studio ad bonas literas, & sacram Christi philosophiam, pro candore, pro humanitate, & probitate, ac deniq̄ pro exactissimo iudicio in re literaria, nisi id fuisse cisset iam olim fama, qua per totum pene Christianum circulum eius nomen defertur. Habet hæc urbs etiā indigenas, a quibus plus q̄ illu stratur. ut Berū Theologum, Amorbachios trilingues, Copum alterum nostrum temporis (ut Erasmus inquit) Hipocratē. Percussit autem Berus. foedus perpetuum cū Heluetijs ob defendendā, & iustitiam, & liberū Amorbatē. Superiorius quoq̄ de hac diximus. Nomen habet regiū. Basileia chii. enim rex est, Basileia regnum. ¶ (Augustaq̄ li.) Allusio ad Au/ Cophus. gustam ueterem. ¶ (Muros.) In Heluetiæ enim pene finibus est. ¶ (Non si mihi.) Hoc dicit. Etiamsi Apollo Ciceronis mihi infunderet eloquentiam, & Musæ labori meo adfisterent, tamen ne ministrū quidē laudis efferre possem, prout Basileæ requirit magnitudo. ¶ (Delius.) Apollo, a Delo insula maris Aegei. De qua Ver. lib. 3. Delius. Aene. ¶ (Ad transtra.) Ad labores, ad opus nostrū. Transtra sunt Transtra. nauium tabulæ, in quibus sedent remiges. Ver. Præcipites uigilate uiari, & confidite transstris. ¶ (Indigenis.) Incolis. Indigena opponitur Indigena adueniæ, significatq̄ inde genitum. ¶ (Vrbs Troia.) Troiam Homer. & Ver. cecinerūt. Thebas Stathius. ¶ (Et te tibi pul.) Superlatio. Oui. Iam se formosior ipse est. De Adonide. ¶ (A planta usq̄ caput.) Adagium. Eo utimur rem totam significantes. ¶ (Fucata.) Proverbium. id est adumbratæ uerborum lenocinijs. ¶ (Massiliam.) ciuitatem Massilia. Narbonensis Galliæ. Respicit Poeta nitirum ad hoc, quod Strab. dicit de Massiliensibus lib. viij. Eos uidelicet rem urbanam per optimates, & Aristocratiam regentes, omnes legum æquitate superasse.

Doctasq;

Erasmus
Roteroda
mns.

n **C**o^mDoctasq^e Acade. Athē.) Vnde humanitas, doctrina, religio, fru-
ges, iura, leges ortae, atq^e in omnes terras distributae putantur. Inquit
Cice. pro L. Flacco. Ibi dē Massilia cōmendaē magnopere.

FRIBVR
GVM.

X



Entis Auentinæ decus, & suprema po-
testas,
Gloriāq^e illustris, Franciāq^e prōcella Fri-
burgum,

Ausim num tenui laudes tibi fundere filo?
¶ Illotis manib^{us}, citharāq^e sonante ululatum?
¶ Sed iubar excellens, magnarum cūria rerum,
¶ Parce humili plectro, belli memorabile fulmen,
¶ Irascensq^e Aries muris, obiectāq^e moles
¶ Ordinibus, uolitānscq^e hosti cātapulta furenti.
Sedula Bertoldi Ducas alti cura Zeringi
Te, uelut Arctopolim, fatis felicibus urbeis,
Aedificarat, ubi hos squalenti uiderat ora
Collicolos, lōca nascendis aptissima muris.

Friburgum **A**uentinū.) Friburgū nostrū idem Princeps condidit, qui & Arcto-
polim, sitū est in ultima pene Heluetia occidente uersus, urbs muni-
ta non tam hominū operis, q̄ natura loci. In mōtis enim radicē adsur-
git, cui subest amnis Sana. Superne cacumine montis protegit, in pri-
mis uero prudentiū uirorū cōsilio. In quibus tamē Falco eques aura-
tus, & maior hoc tēpore Præfētus facile primas tenet, cuius equidem
mentione eo facio Lubentius, quod & doctus est, & eloquens, quodq^e
tam unice Glareanū nostrū amat, omnesq^e doctos, ut uel hinc liceat
hominis coniūcere prudentiā. **A**uentinū.) Friburgū Auentinū
dicit hac de causa, quod sit Auentini oppidi capititis olim (teste Cornel.
Taci. in. xvij.) Heluetiorum colonia, Eius & Ptole. li. ij. meminit.

Adagium. **P**rocella.) obstaculū cōtra Franciā. **I**llotis ma.) Prouerbii
aliter dictum in eos, qui uel audacius, uel parum instructi rebus his,
quibus opor-

Petrus Fal-
co.
enius urbis Cos.

Auentinū.

Adagium.

quibus oportuit, negotiū inuadunt. ¶ **C**uria.) Appositio. Curia **Curia**, locus est, ubi senatus reipu. curam, a qua & nomen usurpat, gerit. **Cil** cer. Extincto enim senatu, deletisq; iudicijs, quid est, quod dignū nobis aut in curia, aut in foro agere possimus. ¶ **B**elli memora. ful.)

Ita Scipiones quoq; duo bellū fulmina ab Ennio nuncupantur. *Ex vng h. vi. Aen. duos fulmina bellū*
Aries. *Sigia beli*

¶ **I**rascensq; Ari.) Aries machina bellica, qua ueteres muros diru/ ebant. Tribuit rei inanimatae affectum, cum dicit irascens. ¶ **Ca/** tapulta.) Catapulta iaculum celere, uel sagitta secundū Nonium. **Catapultæ.**
¶ **L**oca nascēdis ap. mu.) Locus eñ is accōmodatus urbibus ex/ truendis, quem natura etiā ad tuendum formauit.



Rbs Treueri soror, & Romæ Salodo/ doria priscae

SALO/ DORVM

XI.

Aut æqua, aut maior natu, quam scin-
dit & ambit

Cultus Arar, cui sunt sacris Thebæa sepulchris
Corpora, quæ quondam ē Nilo Mēphitic⁹ Heros

Duxit in hoc Vrsus cœlum, dum uita manebat.

Martyrj ut pālmam, & dignos Heroë triumphos
Acciperent omnes pro chari nomine Christi.

Accipe quod uolui breuiori dicere uersu.

Vrsinūm seruas morem, fortissima bello
Pectora habens, nullōq; unq; perculta timore,

Vt Romam factis imitere, æquēsq; sororem.

¶ **V**rbs Treuiri sor.) Si ciuitatibus laudem parit uetus, nullam **Salodorū**.
uel Galliæ, uel Germaniæ dicere ausim, exceptis Treuiris, quæ parem
cum Salodoro nostro cōmendationē mereatur. Ferunt enim conditū
esse, nō multo post Abraami tempora. Visunt hodie argumēta anti/
quitatē plane indicantia. Situm est ad **Ararim nostrū**, contentū plani/
cie, ualidissimis cinctū mœnibus. Viris præstat huiusmodi, ut a quis/
bus in prælio animū concipias uel ignauissimus. ¶ **Soror.**) Treuiri/
rim, & Salodorum sorores uocat, quod ijs simul fuerūt temporibus,
H cū nullæ

An/1

Vrsus cū so
cīs suis.

cum nullæ adhuc aliæ ciuitates uel per Galliam, uel per Germaniam forent extractæ. ¶ Cui sunt sacris Theb.) Nam Vrsi, & sociorum eius, qui ex Thebaide Aegypti cū Diuo Mauricio proficiscentes, post Mauricij martyriū Salodorū uenerunt. Ibi tum Præses erat Hirtatus nomine. Huic a Maximiano Imperatore cōtinuo mandatum, ut sanctos uiros uel ad idololatriæ cultū adigeret, uel tolleret e medio. Verum hi firmati in Christo cunctis præ ipso contēptis martyrio coronaui sunt. ¶ E Nilo.) ex Aegypto, cuius fluuius est Nilus.

¶ Memphiticus.) Aegyptiacus. De Memphis supra dictum.

¶ Palmam.) uictoriā, cuius palma signū est. Ratio datur a Gell. li. iij. ¶ Vrbinū ser. mo.) Apostrophe ad ciuitatē. ¶ Aequesq; sororem.) Treuirim. De qua Ausonij uerba subscribam.

Armi potens dudum celebrabere Gallia gestis,
Treuiricæq; urbis solium, quæ proxima Rheno.
Pacis ut in mediæ gremio secura quiescit;
Imperijsq; uiros quod alit, quod uestit & armat,
Lata per extentum procurrunt mœnia collem,
Lagus tranquillo perlabiliter amne Mosella,
Longinqua omnigenæ uectans commercia terræ,



Vbitcæm ne tuas ~~Scaphusia landis?~~

res;

Conspicuum Heluetiæ sydus, bene digna camoenis

Gloria Teutonicæ germano in littore terræ.

Vtilis & bello, uincendōq; utilis hoste.

Quam propius liquidi facies nitidissima Rheni

¶ Alluit, hic rapidus refluente in gurgite uortex

¶ Cernitur, Euripum referens, Scyllæq; uoracis

¶ Latratus, hic undæ alti de uertice montis

Lapsa ruit præceps, sterilemq; eructat arenam

In circum, sursumq; uolans portendere nubem,

Aut nebulae speciem, & cœlum pulsasse uidetur.

Subticeam

PROBA
TOPQ;
LIS als
Scaphusia.

XII.

¶ Subticeam ne.) Scaphusiam a scapha dictam, nō ab oue, (quis usus iam sic obtinuerit) supra retulimus. Sita est ad Rhenum in litore Germanico, Heluetia tamē ponte coniungit. Omniū rerum mire exuberans, nec postrema in Heluetis urbibus siue pace, siue bello. Eo autem territorio complectitur, cuius nec Bacchum pœniteret, nec Cererem. ¶ Hic.) Sub Scaphusia circiter mille quingētos passus. ¶ Euripum.) Euripum significat, qui pars maris est inter Phocidē Scaphusia. Eubœa partē, & Eubœā insulam, cuius meminit Strab. li. ix. & Pli. li. iij. Et quorundam tamen, inquit, priuata natura est, uelut Tauromenitani Euripi səpius, & in Eubœa septies die, ac nocte reciprocatis, tā rapida cōuersione, ut quemadmodū Autor est Pompo. Mel. lib. iij. crientos, ac etiam plenis uelis nauigia frustretur. ¶ Scyllæq; uo.) Iustinus Historiographus de Scylla sic scribit. li. iiij. Vndarum porro in se concurrentiū tanta pugna est, ut alias ueluti terga dantes uorticebus in imum desidere, alias quasi uictrices in sublimē ferri uideas, nunc hic fremitū feruentis aëstus, nunc illic gemitū in uoragine dentis exaudias. ¶ Hic unda.) Descriptio hæc tam aperta est, atq; dilucida, ut nulla penitus explanatione sit opus.



Ardā uenīs, sed grata meo Cellana iuentus

Concentu, fidibusq; istis, plebs aspera cultu,

Contemptrixq; animæ, moleq; obiecta periclis

Suanorum, cùi quanq; alti sunt ardua montes

Pergama, stat fortis pro duro dextera muro.

Est tibi simplicitas prudēs, moderata potestas,

Et quo nil maius, iusto moderamine ferrum.

Te quoq; quis cultuue Dei, pietateue maior;

Claude meum carmen, potiusq; eris ultima stellas

Inter maiores, quam prima minoribus astris.

Tarda uenis,) Abbatiscella pagus oppidū modis omnibus re-presentans totā ad se attinente plagā denominat. Intercluditur mon-

H 2 tibus. Res

Euripus.

Scylla.

ABBA,
TIS CEI,
LA AD,
DITA
PARS.

Abbatis
cella.

Cū annis uelut minimi
num his annis anni p
fuerit Helvetia

tibus. Recepta in numerū partīū Heluetiarū. Anno. M. D. XIII. A Poeta uero addita est, posteaq; reliquas partes iā descriperat. Quare dicit. Tarda uenis. ¶ (Cui quanq;) id est quanq; mōtibus altissimis est circūducta, tamen in his quasi parum cōfidens, dextra fortitudinē exercet. ¶ (Simplicitas prud.) Nihil poterat aptius cōiungere, q; cum prudentia simplicitatē. In hac nanc; synceritas est, in illa boni & mali, & inter se utriusq; discretio. ¶ (Iusto modera, ferrū.) Res omnino difficilis homini Christiano inuenire causam, qua iuste belligeret, quod tota euangelica doctrina, omnis institutio apostolica nihil aliud doceat, q; pacē, & charitatē. Vnde magnā tribuit Abbatis cellanæ iuuentuti laudem, quod bellū non ineat, nisi iustum. Id quod tum fecit, dum Tyrannidis impatientia, nō multos ante annos iugū insolentissimi dominij excusit iustis causis mouentibus, aliquot imperialiū ciuitatū copijs graui pugna superatis apud uiculum, quē Loch cognominat. ¶ (Potius sp eris.) Eleganter cōcludit Abbatiscellam admonens, uelit potius esse inter Helvetiæ partes (quas angulos uulgo dictitant, nec sine ratione) præstantiores ultima, quam inter infieres prima.

Difficile ho
mini Chri
stiano bel
lare iuste.

Conclusio.



Aec mēa Musa humili uisa est promptiss
se camœna.

Histōriam libans, summas uix tangit
aristas,

Sed neq; quid Vēragri possint, acerq; Sedunus,

Et Leopontini gens ægōcerotide pēta

Bellipotens, cecini, triā quæ per foedera iuncta est.

Rheticāq; arua tenet, Sānctiç potentia Galli.

Durgea quid felix possit, quid Doggia castra

Fortia, quid uallis quæ nomen ab ansere sumpsit.

Hæc mea posteritas celebret, charic; nepotes,

Tum, quæ plura uides, nostro non congrua plectro

Subnotet, & partes singillatim explicit omnes.

Tota mihi

Veragri
Seduni.

Leoponti.

Oppidum
sānti Galli

Durgea.

Doggij.

Vallis an
serina.

Tota mihi cantanda fuit, mea musa recusat
Hoconus immensum, uolui tamen illa referre.

L **S**umas **V**irg. **d**am **C**amilia. **H**erbaria **m**is **f**lora. **m**is **f**lora.
Hæc mea Musa.) Culpā omnē, quod nō descripsiterit Sedunos, & Excessatio.
 Leopontios socios Heluetiorum, Durgeos, oppidum ad S. Gallum,
 Doggios, & Sanacasm ditionis Helvetica, in Musam Poeta rejicit,
 posteris id qualemque futurū sit negotiū cōmittens. **H**istoriam
 libans.) breuiter attingens. Libare est leuiter gustare. Ver. Et flumina Libare.
 libant. **V**eragri.) De his superius dictum. Quidā eos appellāt Veragri.
 hodie Ad S. Mauriciū. **A**egocerotide.) patronymicū pro possesi Aegoceros.
 siuo. Ea genis capricornū habet in insignib⁹, q̄ Græce dicit ἀγόρεως.
Pelta.) Pelta scutū breuissimū est in modum lunæ iam mediae in/
 quit Ser. Poeta pro insignibus ponit. **T**ria quæ per foede.) Allu
 sio ad hoc quod uulgo dicunt. Die drii punt. **S**anctic⁹ poten.
 Gall.) Oppidū uocat ad S. Gallū pulchrū, opulentū, & populosum,
 ob negociationē (byssō nāq̄ uictū quaritat) multis cognitū gētibus.
 Oppidū ad
 S. Gallū.
 De quo, et si propter res innumerās foret celebrandū, parcius dicam,
 quod Ioachimus Vadianus eius alumnus ipsum elegātissimo carmi. Ioachimus
 ne illustrauit, uir talis in omni doctrinā genere, ut quē uel doctissi. Vadianus.
 mis quibusq; opponeres, adeo humanus, ut nesciam, an humanius
 quicq; unquā senserim. **Q**uid uallis.) Poeta uulgi opinionē se, Sanacasa.
 cutus dicit uallem hāc nomē habere ab anlere, Sālgans etenim uocat,
 cū uere nomine lingua Rhetica Sanacasa.

Fœtā armis regio, fœcundōq; inclyta partu,
 Et semper crescens populus, patiensq; laborum,
 Fōrmicæ uelut Aeginæ, quas crēscere in auras
 Aeacus aspexit, reueuamen plēbis ademptæ,
 Myrmidonásq; uocat, nec origine nomina fraudat;
 Gēns nimiū potum exhorrens, gēns dedita sacris
 Relligione uiret, tota est affabilis, alto
 Amne sitim leuat, & uictū contenta minuto est.
 Fidum iter ostēndit plebs officiosa, per Alpes
 Tuta uia est, atq; à laqueis defensa latronum,

HELVE
TIAE
LAV,
DES.

H. 5 Nullæ hic

Nullæ hic insidiae raptorum, nulla tyrannos
Arx fouet, & nullam timet hic mercator eremum.

- Laudes Helvetiorum.** ¶ (Fœta armis re.) Laudes colligit Heluetiæ. Vbi quidē candidum lectore uelim admonitū, ne si quæ obueniēt moribus hodiernis Heluetiorū cōtraria, statim mēdacijs Poēta insimulet, nā de ueteribus, hoc est maioribus nostris rem potissimū uult intelligi, per quos imperiū nostrū adauictum est. Non em̄ nescit, quantū hodie alienā ab illa priore uitam agat Helueti, neq; id semel apud nos deplorauit. ¶ (Formicæ uelut ægi.) Similitudine fabulosa, sed decentissima ad crescentē hunc populū indicat. Fabulā lege apud Oui.li.vij.Meta. ¶ (Aeginæ.) Insulæ Atticæ ubi regnauit Aeacus. ¶ (Crescere in au.) Mutari in homines. ¶ (Plebis ademptæ.) scilicet peste a Iunone immissa. **Myrmidos.** ¶ (Myrmidonasq; uo.) Aeginenses, inquit Strab.lib.vij. Myrmidonæs. nas appellatos, nō quomodo in fabulis canit, ut ingente inualescēte pestilentia formicæ Aeaco precante in homines uerlæ fuerint, uerum quia formicarū more terrā fodientes ad petras trāsportarēt, ut agri colendi materia haberet, fossasq; incoherent, ne latericiā facere, atq; adificare cogerent. ~~Formicae Grace dicuntur, prout amaz unde Myrmidonū appellatio.~~ ¶ (Gens nimis po.) Sciens nimis Plinianū hoc. Cicuta uenenū est homini, cicutæ uenū. Quasi dicat Vinū citra modum sumptū uenenū esse præsentissimū, quū uenenī sit uenenū. Sic Politianus Pli, legit in Miscella. In primis aut illud Pauli. μὴθύσκεσθε οἴνος, qv̄ ὁ δέσποτε τεία, ¶ (Ges dedita sa.) Mirum quantū simplicitas in Christiano hoſe cōmendetur, atqui tā simplices Helueti, ut etiam ab Erasmo sint ab ea uirtute cōmendati, consentaneū igit uero ipsos nō admodū male Christianos esse, & proinde religioni cōmaxime addicatos. ¶ (Tota est affab.) humana erga peregrinos, sic em̄ intelligit, Qua qdē in re nescio, an sit alia gēs præcellētior. ¶ (Et uic. cō.mi.) Pro laboribus minutis, neq; delicato, sed simplici, de qua re ita scribit Chrysoft. Vilis enim mēsa, & tenuis sanitatis mater est, & eā ppterea medicorū pueri ita nominauerūt, nō saturari quidē uocatē sanitatē. Cibi nāq; penuria sanitas est, minus uesci, sanitatis matrē appellatēs. **Helvetia tutata.** ¶ (Ostendit.) scilicet peregrinis. ¶ (Tuta uia est.) Id quod non tam apud nostros est cōmuni uerbo celebratū, quam apud exterōs, quo dici solebat. Adeo tutam Helvetiam, ut auro ne publice quidem gesto struerentur insidiae.

O nimium

Peroratio
cū admoni-
tione.

O nimium felix patria, o dignissima laude,
Si, quod maiores duro peperere labore,
Imperium serues, librācq; sequare bilancē
Virginis Astrææ, timeat sua dona Cūpido,
Imperium pia simplicitas regat, & bona uirtus.
Iūra ferat senior, uenabula lœta iuuentus
Dura acuat, subigatq; ferox in cote sarrifas.

Papa tibi, & Cæsar, duo lumina maxima mundi,
Ante oculos sunt, solem illum, hunc dicito lunam.

Papa caput mundi, uerus pater Vrbis & orbis,

Sol uerus, reliquas stellas illuminat omnes,

Præcipue lunam, quæ cætera lumine uincit

Sydera, ceu superat reliquos molimine reges

Magnanimus Cæsar, belli inuiolabile fulmen,

Totius orbis apex, hominumq; suprema potestas

A Christo positus, cui longo seruiet ævo

Sol oriens, solq; occiduus, polus auster, & arctos,

Hōs sequere authores, rerum dominosq; patresq;.

Papa.

Cæsar.
Max. Ael.
milianus.

O nimium felix.) Peroratio adhibita admonitione. ¶ Librācq; Peroratio.
sequare bilancē.) Allusio ad Iustitiae imaginē, uti hodie pingitur.

¶ Virginis Astrææ, Iustitiam antiquitus uocabant Astræam, eāq; Astræa.

scribūt, ut apud Oui. legi lib. 1. Meta. terras reliquise postq; a uitijis
hominū sunt occupatae, atq; in cœlum migrasse. Quod quidē Lactā-
tius ille Firmi. ait li. 5. nō pro poetica fictione, sed pro uero habendū.

Rationem licet ab eodem inquiras. ¶ Cupido.) optime dicit,

timeat. Nam nihil nostræ patriæ potest accidere pestilentius, q; pecu-

niae nimia cupiditas. Et hæc est alterum e duobus, quæ omne remp-

subuertit, alterum ambitio. ¶ Iūra ferat se, id est Senior rempub-

curet. ¶ Venabula lœta, id est luuētus tractet arma, quemadmodū

Ambitio &

Avaricia re-

gna subuer-

Romulus tuunt.

Romulus. Romulus primus rex Ro. remp. suam instituit, ut uidelicet iuuētus in equis, & in armis, ut Flōr. ait, ad subita bella excubaret, senes penes respu. effet, quos quidē ex autoritate patres, ob ætatem senatorēs uo- cabat. Innuit aut̄ Poeta prouerbiū, quo dici solet. Facta iuuētū, consilia mediocriū, uota senū. ¶ (Subigatq.) Ita Ver. Subigatq; in cote secures. ¶ (Sarissas,) hastas oblongas, quales Macedones ferre olim soliti sunt. ¶ (Hos sequere au.) Sequendi eatenus sunt & Pa- pa, & Cæsar, dū nihil nec iubent, nec imperant, quod displiceat Christo. Quod si secus sit, haud quaq; obsequendū. Imo uero semper ha- bendum in pectore. Plus nos debere deo, q̄j hominibus. Aliquoties nāq; populi simplicitas in hac re pernicioſſime seducitur.

Sarisse. Quatenus sequēdi Pa- pa & Impe- rator.

Omnia ad exemplum maiorum pende tuorum.

Omnia perspicienda tibi, tu discito Romæ
Crescentis mores, tētricos imitare Catones,
Aeneadasq; duces, Decios, fidosq; Camillos:
Fabritium, Curiū, & contrācto poplite Codem,
Innumerosq; alios, quos cōmemorare molestum.
Brūtus erat nobis, Vro Guilielmus in aruo.
Assertor patriæ uindex ultiōrō Tyrannūm,
Sic rogo Scipiadæ sint nunc, fideiç; stupendæ
Attiliūs, sit qui pacem Pyrrho esse negandam
Appius admoneat, tu regna æneia fixo
Contemplare animo, nec gesta illa inclyta temne.
¶ Qūin proprius sequere, & uestigia semper adora.

Duo Cato. ¶ (Tetricos Cato.) graues, & leueros. Duoru Catonū, senioris, cui nomē Censorio, & minoris, cui cognomen Uticensi, grauitas, pariter atq; integritas uulgo celebratissima quondā fuit, adeo, ut e cœlo de- missi dicerentur, ut bellum cum uitijis gererēt inquit Erasmus. Unde Adagiū sumptū. Tertius Cato, in uiros impēdio tetricos. ¶ (Aene- adasq;

Guilielmus
Tel. Helue-
tiorū Brui-
tus.

¶ Romanos ab Aenea descendentes. **¶** **D**ecios.) Et pater, & Decij dno.

silius pro salute publica se deuouerunt . Ille in bello Latino . autore.

Liti.i.li.8. **D**eca.1. Hic in bello aduersus Vmbros, Hetruscos, & Sam-

nites, quod idem testaē. li.x. **F**abricium.) Hic Consul fuit Ro. **F**abricius

omniū suo tēpore gloria, & rebus gestis maximus, sed in primis fru-

galitate cōmendatus, in tenuissima nāq; suppellectili Samnitum, qui

tum hostes erant, munera contēpſit. Et Thimocharē, uel ut alij, Niciā

pro necando Pyrrho Epyrotarum rege, contra quē Fabricius tum in

armis erat, pecunia petentē, Pyrrho remisit. De hoc & Valeri. Max. &

Gell. meminerūt. **C**urium.) Dentatū intelligit, qui hoc parauit

cognominis ab eminentiori dente. Exactissima frugalitatis norma di-

citur, & fortitudinis perspectissimū specimē a Valerio li.iiij. de eodem

lege Plutarchum, & Cornelium nepo. **C**ontracto po.co.) Is & **C**ocles.

claudus fuit, & unoculus, quæ quidē uitia tulit ob fortitudinē. Mira-

bilis fuit eius uiri pugna pro ponte sublicio, ubi unus tot milibus ar-

matorū tādiu restitit, dū a tergo pōte interciso in Tyberim se demisit,

atq; ad suos tranauit incolumis. Eius uirtutē multi autores comme-

morant, ut Valerius, Cornel. nepos, Liuius, Florus, Seneca, Gellius.

Brutus erat no. **G**ulielmus Tell. Brutus fuit Heluetiorū, nā uti

Brutus Romanæ libertatis fuit uindex, & custos, ita Gulielmus Hel-

ueticæ. lege de Bruto Plutarchum. Valeri. li. 5. & Cornelium nepo. &

Liui.li.1. & 2. **D**ecad.1. **T**yrrannū.) Syncope. **S**ciapiadæ.) Vi

ri fortes, qui patriā augeāt, sicuti Scipiones Romanū auxerunt impe-

rium. **A**ttilius.) Attilius Regulus intelligif, cuius fidē Cicero sa-

tis superq; explicat in.1. & 3.li. officiorum. **S**it qui pacē.) Cornel.

nepos in hāc uerba scribit. Cum de pace Pyrrhi ageret, & gratia po-

tentū per legatū Cyneā precio quārere, senex & cæcus lectica in se,

natum latus, turpissimas conditiones magnifica oratione discussit.

Quin propius.) Stathij carmē ad finē Thebaidos paulū immu-

tatum. Concludens autē Poeta monet Heluetios, ut semper in oculis

habeant Romanos priscos, qui fere nunquā bellū gesserunt, nisi cau-

sam haberēt iustissimam, & cum hoc, quicquid ad uirtutes attinebat,

omnibus neruis obseruarūt a recto rarissime discedentes.

Chris Den
tatus.

Gulielmus
Tel. **B**rutus
Heluetiorū.

Attilius
Regulus.
Appius
Claudijs
cæchs.

I
OSV. Textus

**OSVALDV S MYCONIVS LVCERNANVS
S. D. STEPHANO SVO FERRARIO.**

HAbes mi Stephane, quod multis à me petiſti flagitijs.
Pro uiribus ego sum annis, ut omnia eſſent quām emē
datiſſi. Siquid uero occurret uel tibi, uel alijs non admodū ex/
politum, prudentis eſt boni cōſulere. Respice ætate meam, re/
ſpice tempus breuiſſimū, quo ad bona ſtudia perueni, & miſ/
raberis me potuifſe, quod uides. Si poſthac tale quidpiam in
manus ſumplerero, efficiam, ut nō poſſit diſplicere, bonis & do/
ctis inquā. Tu interea uale, & me cum D. Iacobo, & Io. Glo/
thero redama, uos enim in primis colo. Tiguri. xi. Calend.
Febru. Anno. M.D.XIX.

**IN GLAREANI CARMEN DE HELVETIA.
AC PANEGYRICON VRBIVM CON/
FOEDERATARVM OS. MY/
CONII LVCERNANI
COMMENTARIO.
RVM FINIS.**

IOANNI CAESARIO IULIACENSI, PHY-
SICO, MATHEMATICO, & MEDICINÆ DOCTORI, GRÆ-

CAE LATINÆQ; LINGUÆ APPRIME DOCTO.

HENRICUS GLAREANUS HELUETIUS

Poe. Laurea. S.

GAUDERE PLURIMÙ SOLEO, SUAVISSIME PRÆCEPTOR, QUO-
RIES IN MENTEM UENIT (UENIT AUTEM SÆPE) TUI MEMORIA,
CUMQ; À TE, À TE INQUAM HOMINE DOCTISSIMO. GRÆCARUM
LITERARUM ELEMENTA CUPIDISSIME DIDICISSE RECORDOR, INCRE-
DIBILE EST, QUANTUM TRIUMPHEM, QUANTUM LÄTER. VT AU-
TEM ALIQUAM TIBI GRATIAM, QUEMADMODUM GRATO DISCI-
PULO CONGRUUM ERAT, REPENDEREM, UOLUI TIBI MEUM, DE
CÆSARIS MAX. AEMILIANI LAUDE, CARMEN, QUOD AGRISSI-
NÆ IN CONSPETTU PRINCIPUM GERMANIÆ, CORAMQ; CÆ-
SARIA MAIESTATE, NÒ SINE GLORIA (ABSIT UERBO INUIDIA) MUL-
TORUMQ; HOMINÙ AMMIRATIONE TREIS ANTE ÅNOS AD DO-
TRINUM TONÙ DEMODULATUS SUM, DEDICARE. CONFITEOR TA-
MEN INGENUE ME LONGE UINCI À TALI PRINCIPÆ, CUIUS EGO
NE QUIDÉ UMBRĀ ASPECTARI UALEO SCRIBENDO, SED QUÆ
POTUI FECI, QUID ENI ULTRA, QUAM POSSUM, FA-
CEREM? VALE FELIX, BONORUM STUDIORÙ
DECUS. BASILEÆ, ANNO DOMINI.

M. D. XIV.

I 2

ADDIVVM MAX.

AEMILIANVM ROMANORVM IMPERATOREM SEMPER AVGUSTVM
HENRICI GLAREANI HELVETII POE. LAV. PA/ NEGYRICON.



Ndlyte Romulidum Cæsar, quem summa tonantis
Maiestas mudo statuit pietate uerendū,
Præfecitq; unū numina potentia rebus
Qui fecut placide spacioſum temperet orbem,
Quod tua me pietas, & magnificētia sceptri
Audiat(en cernis)rogito tua numina supplex.

Arsacas Arsacides. & Achemenas astra putabant
Ptolemæi. Astrologi Persæ, Ptolemæos fama per orbem
Sparsit in extremam Nili septemplicis undam.

Laomedon tea fortunatissimus urbe

Priamus. Infelix Priamus, Pelopeia ad arua uolabat,
Nominéq; & fama celebris, currente q; uatum
Materie. quid enim non audet Græcia mendax?

Cecrops. Cecropis & Thesei quām clarū nomen Athenis,
Theseus. Antiochicq; Syris, nullo delebile sacerdo.

Proinde hæc uana abeant, ne tēpora perdere dicar
Verborū longa ambage, exorsisq; remotis.

Eia age, Pannoniæ celeberrima gloria gentis,
Rex Romane faue, cui longo seruiet ævo

Sol oriens,

PANE GYRICON.

69

Sol oriens, solcꝫ occiduus, polus aust̄er, & arctos.

Nanqꝫ in hyperboreis, Tanais quā frigidus undis
In Mæotica abit uada, tu uenerabilis oris,
Famāqꝫ nigrantes celebris tua contigit Indos,
Extremoſqꝫ hominum Seres (aut si qua quid ultra
Priscis ignotum) Solisqꝫ perambulat ortum.

Vesper ubi occidua rorescit frigidus umbra,
Gurges Atlantiacus, Tartessiāqꝫ æquora Calpes,
Te celebrant, te commemorant, tua numina adorant.
Nec satis hac tellure, aliis tibi queritur orbis
Sub pedibus, penè Antipodes noua terra marino
Prensa ſinu, cyclōqꝫ sub æquatore reposta est.

Ast ubi ab arctoo Boreas uolat horridus axe,
Orchadas inuadens, ſemotōſqꝫ orbe Britannos,
Cimmeriasqꝫ umbras, agitatāqꝫ limina bello
Frustra Romulidis ubi uasto barbara gyro
Gotthia submugit, cæcis abſtrusa tenebris,
Tartareas resupina iacens procumbit in umbras.
Nota tua eſt pietas, & nota uerenda potestas,
Virtuſqꝫ, imperiumqꝫ, & Maximus Aemilianus.

Deniqꝫ Marmaricis ubi murmurat aust̄er in oris,
Imbriferas cogens nubes, Getulia, Psylli,
Aethiopes, Elephantophagi, & Garamātica proles
Ambigua, & Numidæ, Massyli, & corniger Hammō,
Sæpe tuas laudes, sæpe audiuerē procellas.
Atqꝫ, ut magna magis tua ſint præconia Cæſar,

Tanais

Mæotis pa-
lus.
Indi.
Seres.

Calpe.

Antipodes.

Orchades.
Britanni.
Cimmerij.
Gottibia.
Getulia.

Getulia
Psylli.
Aethiopes
Elephantophagi.
Garamates
Numidæ.
Massyli.
Hammō.

I , Extendit

70 DE CAES. MAX. AEMILIAO SEMPER AVGUSTO

Libye. Extendit caudam Libye, penitusq; sub aram
Tenfa caput cœli, nescit quo sistere detur.

Sed redeo ad præsens, tibi nunc Germania pugnax,
Et domini terū, & melior famulabitur orbis.

Burgundi. Burgundos Morinoſcq; tenes, Athesiſcq; fluenta,
Morini.
Atbesi.

Rhenus flu. Illyrios, Vbios, Tribones, atq; ære recuruo

Ister flu. Vangiones, quondamq; feros in bella Batauos.

Illyrii, Vbij Tribones. Idq; unum adiçiam, quo nil mihi gratius orbe,

Vangiones Heluetia æterno Cæsar tibi foedere iuncta est,

Bataui. Gens aquilam, gens terribleis imitata leones,

Heluetij. Nec tibi dedecori Sueui, gens prisca Deorum,

Sueui. Et dura, & fortis, nullóq; exhausta labore.

Cætera subticeo longum cantanda per æuum,

Quæ gentes, quæ regna tibi, quæ seruierat ætas,
Semper in Oenotrijs senuisti acerrimus armis.

Pallásq; ut sceptrum, diuinas contulit artes,

Prudens eloquium, & linguæ uenerabile donum,

Tot uarijsq; sonare modis, mihi lingua palato

Hæret, & albentes uix attigit arida dentes,

Anteaquam tibi gestorum numerauero partem

Tantillam, quid enim præclaræ nomina stirpis,

Quid reliqua enumerem? citius, q; copia, desunt

Vergilius. Tempora, grandiloquo solum cantanda Maroni.

Homerus. Nec nisi Smyrnæo gesta enarranda cothurno.

Illi Parnasi fontes, & Phocidis amnes

Haustibi

Hauſtibus exorbent plenis, mihi gutta negatur,
Et cyathis uerſis, ſitiens ego pocula lambo.
Da ueniam(dare nanqz tuum) iuſtissime Cæſar,
Si tua facta minus, maiestatemz uerendam
Attigero, quis enim tam paucis exprimet author?
Semper in ore meo regum ueneranda potestas,
Tuqz caput mundi, longos tibi det Deus annos,
Atqz Sibyllinam duplicata ætate ſenectam,
Cum quo perpetuum regis inuictissimus orbem.

Finis huius Panegyrici, quod ipſe Poëta Anno duodecimo ſupra millesimū, & quingentesimū,
Agrippinæ coram totius Germaniæ
principibus in publico an-
teacz coronaretur
decantauit.

*

BASILEÆ APVD IO. FROBENIVM
MENSE MARTIO AN. M.D.XIX.

BANGE RICON.

Habuimus ex hoc pueris, quibus dicitur negotium
Ex aliis pueris, quibus agit pueris negotio.
Dicitur enim quod in illis pueris negotio.
Si quis puerum in illis pueris negotio.
Anicetus apud eum in pueris negotio.
Si quis puerum in illis pueris negotio.
Tunc dicitur quod in illis pueris negotio.
Aproposito pueris negotio.
Cum dicitur pueris negotio.



